ẽ. Sancte ioãnes ecce druſianã efferimus q̃ tuis ſpmonitis obſecundans nos oẽs alebat: tuũq; deſiderabat plurimũ aduẽtũ dicẽs. O ſi videã aplm̃ dei añq̃ moriar. Ecce tu veniſti ⁊ te videre nõ potuit. Tunc iuſſit feretrũ deponi ⁊ corpꝰ deponi dicẽs. Dñs meꝰ ieſus xp̃s ſuſcitet te druſiana. Surge ⁊ vade in domũ tuã ⁊ para mihi refectionẽ. Statim illa ſurrexit ⁊ cepit ire ſollicita de iuſſione apl̃i ita vt ſibi videret̃ ꝙ nõ de morte: ſed de ſomno excitaſſet eã. C Altera aũt die chraton philoſophus in foro populũ conuocauit vt oſtẽderet quõ hic mundus cõtẽnẽdus eſſet. Duos em̃ ditiſſimos iuuenes fratres p̃cioſiſſimas gẽmas diſtracto toto patrimonio emere fecerat: ⁊ eas in cõſpectu oĩm cõfrigi iuſſerat. Contigit igit̃ apl̃m illuc trãſitũ facere. Vocanſq; ad ſe philoſophũ hmõi mũdi cõtemptũ triplici rõne condẽnauit. Primo q: ore hoĩm laudat̃: ꝫ diuino iudicio cõdẽnat̃. Scdo q: ex tali cõtẽptu vitiũ nõ curat̃ ⁊ ideo vanus eſt ſicut medicina vana dicit̃ ex qua morbus nequaq̃ curat̃. Tertio q: cõtẽptus meritoriꝰ eſt qui ſua pauperibꝰ elargit̃: ſicut dñs iuueni dixit. Si vis pfectꝰ eſſe: vade ⁊ vẽde oĩa q̃ habes ⁊ da pauperibꝰ. Cui chraton dixit. Si vere deꝰ magiſter tuꝰ eſt: ⁊ vult vt harũ gẽmarũ p̃ciũ pauperibꝰ eroget̃ fac vt reintegrent̃ vt ad eius facias gloriã qð ego ad hoĩm feci famã. Tunc beatꝰ ioãnes gẽmarũ fragmẽta i manũ ſuã recolligẽs orauit ⁊ facte ſunt integre ſicut prius ſtatimq; philoſophus ⁊ illi duo iuuenes crediderũt ⁊ gẽmas vendentes p̃ciũ pauperibꝰ erogarũt. D Duo inſup iuuenes honorati horũ exemplo venditis oĩbꝰ ⁊ pauperibꝰ erogatis apoſtolũ ſecuti ſunt. Quadã aũt die vidẽtes ſeruos ſuos pretioſis indumẽtis fulgẽtes ⁊ in vili pallio ſe egẽtes cõtriſtari ceperunt: qð cũ ſanctus ioannes aduertiſſet eo ꝙ facie triſtes eſſent virgas ⁊ lapides a littore maris deferri fecit ⁊ eos in aurũ ⁊ gẽmas ꝯuertit. Qui iuſſu apoſtoli vniuerſos aurifices ⁊ gẽmarios ꝑ ſeptem dies querentes reuerſi ſunt dicentes ꝙ illi nũq̃ tam purum aurum ⁊ tam pretioſas gẽmas ſe vidiſſe teſtati ſunt. Dixitq; eis. Ite ⁊ redimite vobis terras quas vẽdidiſtis: q: celorũ premia ꝑdidiſtis. Eſtote floridi: vt marceſcatis. Eſtote diuites tẽporaliter vt in ꝑpetuũ mẽdicetis. Tũc apoſtolus cõtra diuitias diutius cepit diſputare oſtẽdẽs ꝙ ſex ſunt q̃ debẽt nos ab ĩmoderato diuitiarũ appetitu retrahere. P̃mũ eſt ſcriptura. Vñ recitauit hiſtoriã de diuite epulone quẽ dñs reprobauit: ⁊ de lazaro paupere quẽ dñs elegit. Scdm̃ eſt natura: q: homo nudus ſine diuitijs naſcitur: ⁊ nudus ſine diuitijs morit̃. Tertium eſt creatura: quia ſol luna ſydera ⁊ pluuia ⁊ aer oĩbꝰ ſunt cõmunia ⁊ cõiter ſua bñficia largiunt̃: ſic et inter homines oĩa cõmunia eſſe deberẽt. Quartũ eſt fortuna dixit em̃ ꝙ diues ſeruus efficit̃ numi ⁊ diaboli. Numi: quia non poſſidet diuitias: ſed ipſe a diuitijs poſſidetur: diaboli q: iuxta euãgelium: amator pecunie ſeruus eſt mãmone. Quintum eſt cura: q: habent curã ⁊ ſollicitudinẽ diurnã ⁊ nocturnam in acquirẽdo ⁊ in cuſtodiẽdo. Nã in acquirendo habent laborẽ: ⁊ in cuſtodiẽdo timorẽ. Sextũ eſt iactura: ⁊ oſtẽdit ꝙ diuitie ſunt cauſa duplicis mali. ſ. mali in p̃ſenti qð eſt elatio: ⁊ mali in futuro qð eſt eterna dãnatio: ⁊ alterius qð eſt in perditione duplicis boni. ſ. boni qð eſt gratia: ⁊ boni ĩ futuro qð eſt eterna gloria. E Cũ igit̃ ſanctus ioãnes cõtra diuitias taliter diſputaret: ecce iuuenis q̃dã mortuꝰ efferebat̃ qui triginta dies habebat ꝙ vxorẽ acceperat. Veniẽs igit̃ mater vidua ⁊ ceteri qui eũ flebant ad pedes apoſtoli ꝓciderũt rogãtes ꝙ hũc quoq; ſicut druſianã in noĩe dñi ſuſcitaret. Flente igit̃ apoſtolo diutius ⁊ orante continuo reſurrexit. Precepitq; ei vt illis duobꝰ diſcipulis enarraret quãtam incurriſſent penã ⁊ quãtã gloriã perdidiſſent. Qui multa de gloria paradiſi ⁊ de penis inferni quas viderat enarrauit dicẽs. O miſeri vidi angelos veſtros flentes ⁊ ⁊ demones garrulãtes. Dixitq; eis ꝙ perdidiſſent eterna palatia q̃ ſunt gẽmis coruſcãtibus fabricata claritatis mirabilis cõtentiua: copioſis epulis referta: delitijs plena: gaudijs glorioſa ⁊ in perpetuũ ꝑmanſura. De inferno autẽ octo penas dixit: que his verſibus ꝯtinentur. Vermis ⁊ tenebre flagellũ frigus ⁊ ignis. Demonis aſpectus ſcelerũ confuſio luctus. Tũc ille q̃ fuerat ſuſcitatꝰ ⁊ illi duo diſcipuli ad pedes apoſtoli ſe ꝓſternentes rogabãt vt miſericordiã conſequerent̃. Quibus apoſtolus ait. Triginta diebus penitẽtiam agite inter quos orate vt virge ⁊ lapides ad naturã priſtinã reuertant̃. Quod cũ factum eſſet ait eis. Ite ⁊ vndẽ tuliſtis virgas ⁊ lapides deferatis. Qð cum feciſſent ⁊ virge ⁊ lapides in ſui naturã reuerſi fuiſſent omniũ virtutum gratiã quã prius habuerãt receperũt. F Cum autẽ beatus ioannes per totam aſiam predicaſſet cultores idolorũ ſeditionẽ in populo concitantes ioãnem ad tẽplum dyane trahebãt cogentes eũ ſacrificiũ offerre. Quibus ioãnes hanc diſiũctionẽ ꝓpoſuit vt aut ipſi ad inuocationẽ dyane eccleſiã xp̃i euerterent: et ipſe idolis ſacrificaret: aut ipſe ad inuocationẽ chriſti templũ dyane euerteret ⁊ ipſi in xp̃m crederent. Huic ergo ſententie cũ maior pars populi cõſenſiſſet exeuntibꝰ cũctis de tẽplo orauit apoſtolus ⁊ funditus tẽplum corruit ⁊ dyane imago penitus cõminuta eſt. Ariſtodemus aũt pontifex idolorũ in populo ſeditionẽ maximã cõcitauit ita vt vna pars ꝯtra aliã ad ꝓlium pararet̃. Cui apoſtolus: Quid tibi vis faciam vt placeris. Cui ille. Si vis vt credã in deum tuũ dabo tibi venenũ bibere ⁊ ſi nullã in te leſionẽ intulerit verus deus dñs tuus apparebit. Cui apoſtolus. Fac vt locutus es. Et ille. Volo vt alios inde morientes videas vt ſic amplius ꝑtimeſcas. Pergens igitur ariſtodemus ad proconſulem duos viros decapitandos petijt ⁊ eis corã omnibus venenum dedit: qui mox vt venenum biberunt ſpiritum exalarũt. Tunc apoſtolus calicem accipiens ⁊ ſigno crucis ſe muniẽs totũ venenum bibit ⁊ nullam leſionem incurrit: quapropter deum omnes laudare ceperunt. Ariſtodemus autem dixit. Adhuc mihi ineſt dubietas ſed ſi veneno mortuos ſuſcitaueris abſq; dubio vere credam: apoſtolus ei tunicam ſuã tribuit. Cui ille. Cur mihi tunicam tuam dediſti. Cui apl̃s. Vt ſic cõfuſus a tua infidelitate diſcedas. Cui ille. Nunquid tunica tua credere me faciet. Et apoſtolus. vade ⁊ mitte eã ſup corpora defunctorũ dicẽs. Apoſtolus xp̃i me miſit ad vos vt in xp̃i nomine exſurgatis qð cũ feciſſet illico ſurrexerũt. Tũc apoſtolus pontificẽ ⁊ proconſulẽ credentes cũ omni parẽtela ſua in xp̃i nomine baptizauit. qui in honorẽ bti Joãnis eccleſiã cõſtruxerũt. G Refert beatus clemẽs ſicut in quarto libro eccleſiaſtice hiſtorie inuenitur ꝙ quodã tp̃e apoſtolus quẽdã iuuenẽ pulchrũ ⁊ ferocẽ cõuertit ⁊ eum cuidã ep̃o ſub depoſiti nomine cõmendauit. Poſt aliquot aũt tẽpus iuuenis dereliquit epiſcopũ ⁊ factꝰ eſt princeps latronũ. Apoſtolus itaq; ad epiſcopũ venit ⁊ ſuũ depoſitũ requiſiuit. Cũq; ille de pecunia intelligeret ⁊ ex hoc vehemẽter ſtuperet. Dixit ei apoſtolus. Juuenẽ illũ a te repeto quem tibi tam curioſe recõmendaui. Cui ille Pater ſancte in anima mortuus eſt et in tali monte cũ latronibus degit: quorũ ipſe princeps exiſtit. Quibus auditis veſtem ſuã ſcidit ⁊ caput ſuũ pugnis feriẽs bonũ inquit te cuſtodẽ fratris anime dereliqui Confeſtim igitur equũ ſibi parari iuſſit et ad illum montẽ intrepidus cucurrit quẽ cũ iuuenis inſpexiſſet pre pudore nimio ſtatim equũ aſcendit ⁊ velocꝰ aufugit. Apoſtolus aũt etatis oblitꝰ vrget calcaribꝰ equũ ⁊ poſt tergũ clamitat fugiẽtis: vt quid fili dulciſſime fugis patrẽ ſenẽ ⁊ inermẽ ne timeas fili: q: ꝓ te xp̃o rõnẽ reddã ⁊ certe ꝓ te libẽter moriar ſicut xp̃s ꝓ nobis eſt mortuus reuertere fili reuertere: q: deꝰ me miſit. Qui audiẽs cõpunctus redijt ⁊ amariſſime fleuit. Apoſtolus aũt ad pedes eius procidit ⁊ manũ eius tanq̃ ꝑ penitentiã iam purgatam oſculari cepit. Jeiunante igit̃ ⁊ orante ꝓ eo apoſtolo veniã impetrauit ipſumq; poſtmodũ in epiſcopũ ordinauit. Legit̃ quoq; in eadẽ hiſtoria eccleſiaſtica ⁊ habet̃ in gloſſa ſup ſecundã canonicã ioannis: ꝙ cũ ioannes apud epheſũ balnea lauãdi gratia introiſſet ⁊ ibidẽ cherintũ hereticũ vidiſſet: ꝓtinus exilijt dicens. Fugiamus hinc ne balnea ſup nos corruãt: in quibꝰ lauatur cherintus veritatis inimicus. H Cũ auis que perdix dr̃ vt ait Caſſianꝰ in libro collationũ viua beato ioãni a quodã oblata fuiſſet: ⁊ ille eã quaſi demulcẽdo tangeret ⁊ cõtractaret: quidã adoleſcẽs hoc videns ad coeuos ſuos ridẽdo dixit. Videte quomodo ille ſenex cũ auicula ſicut puer ludit Quod btũs ioãnes ꝑ ſpiritũ recognoſcẽs iuuenem ad ſe vocauit. Cui dixit adoleſcens. Tu ne is ioãnes qui talia agis ⁊ tam ſanctus haberis. Quẽ ioannes quid in manu teneret requiſiuit. Cui cũ ſe arcũ diceret tenere ait. Quid inde facis et iuuenis. aues inde ⁊ beſtias ſagittamus. Cui apoſtolus: qualiter. Tũc iuuenis arcũ cepit tẽdere ⁊ tenſum in manu tenere: ſed cũ nil ei apoſtolus diceret iuuenis arcũ diſtẽdit. Cui ioãnes. Quare fili arcũ diſtẽdiſti. Et ille. Quia ſi diutius tenſus teneret̃ ad iaciẽda iacula infirmior redderetur. Et apoſtolus ad hoc. Sic et humana fragilitas ad contẽplationem minus valida fieret. ſi ſemp in ſuo rigore perſiſtens fragilitati ſue interdũ condeſcendere recuſaret. nã ⁊ aquila cunctis auibus celſius volat ⁊ ſolẽ clarius ꝯſpicit: ⁊ tñ nature neceſſitate ad ima deſcendit. Sic ⁊ humanus animus cũ ſe modicũ a contẽplatione retrahit crebra innouatione ardentius ad celeſtia tendit. Beatus igitur ioannes vt teſtatur Hieronymus cũ ipſe vſq; ad ipſã vltimã ſuã ſenectutẽ epheſi moraretur ⁊ vix inter diſcipulorũ manꝰ ad eccleſiã deferretur: nec plura verba dicere poſſet ad quãlibet pauſã hec dicebat verba. Filioli. Diligite alterutrũ. Tandẽ fratres qui cũ eo erãt admirãtes ꝙ ſemꝑ eadẽ verba diceret. dixerũt ei. Magiſter quare ſemꝑ loqueris hec v̈ba. Qui rñdit. Quia preceptũ dñi eſt ⁊ ſi ſolũ hoc fiat ſufficit Refert quoq; helinandus ꝙ cũ Joãnes euangeliſta euãgeliũ ſcribere deberet: priꝰ indixit ieiuniũ vt orarent ſe digna ſcripturũ. Fertur aũt ipſũ ꝓ illo loco ſecretiſſimo: in quo diuina ſcripturꝰ receſſerat oraſſe: vt nullas huic inſiſtẽs operi vbi vẽtorũ aut imbrium iniurias pateret̃. Hancq; eidem loco vſq; hodie reuerẽtiã elemẽta ſeruare dicunt̃. Hec helinãdꝰ. I Cũ igit̃ eẽt nonagintanouẽ annorũ: ⁊ a paſſione dñi ſm̃ Iſido. anno. lxvij. Apparuit ei dñs cum diſcipulis ſuis dicens. Veni dilecte mi ad me: quia tempus eſt vt in menſa mea cũ tuis fratribus epuleris. Surgens autem ioannes cepit ire. Cui dñs. Dominica die ad me venies. Veniẽte igitur dominica vniuerſus populus cõuenit in eccleſiã que fuerat in ipſiꝰ nomine fabricata. Qui a primo pullorũ cantu predicauit eiſdẽ hortans eos: vt in fide eſſent ſtabiles ⁊ in mãdatis dei feruẽtes. Poſt hoc foueam quadratã iuxta altare fecit fieri ⁊ terram extra eccleſiam iactari. Deſcẽdenſq; in foueam expanſis ad deum manibus dixit. Inuitatus ad cõuiuium tuum domine ieſu xp̃e: ecce venio gratias agens quia dignatus es me ad tuas epulas inuitare: ſciens ꝙ ex toto corde meo deſiderarẽ te. Cũq; orationẽ feciſſet tãta lux ſuper eũ emicuit ꝙ nullus in eũ reſpicere potuit. Recedẽte autẽ lumine: mãna fouea plena inuenitur qð in loco illo vſq; hodie generatur: ita vt in fundo fouee inſtar minute arene ſcaturire videat̃ ſicut in fontibus fieri conſueuit. Sanctus eadmandus rex anglie nulli petẽti in noĩe ſancti Joannis euangeliſte aliquid denegabat. Vnde cõtigit ꝙ quidã peregrinus abſente camerario in noĩe ſancti Joãnis euangeliſte ĩportune a rege eleemoſynã poſtularet. Cui rex pretioſum anulũ cum nil aliud in promptu haberet dedit. Sed poſt plures dies quidam miles anglie in tranſmarinis partibus conſtitutus ab eodẽ peregrino anulũ regi referendum in hec verba recepit. Ille cui ⁊ pro cuius amore anulũ hunc dediſti tibi remãdat. Vñ liquido patuit ꝙ beatus Joannes eidem in forma apparuit peregrini. Iſido. in. lib. de ortu ⁊ vita ⁊ obitu ſanctorũ patrũ. Mutauit ioannes in aurũ ſilueſtres frõdiũ virgas: littoreaq; ſaxa in gẽmas gẽmarum fragmina in ꝓpriam reformauit naturã: viduã ꝑcepto populi ſuſcitauit ⁊ rediuiuum corpus iuuenis remeãte anima reparauit: bibẽs letiferũ hauſtũ euaſit periculũ ⁊ eodẽ poculo ꝓſtratos in vite reparauit ſtatum. Hec Iſido.

¶ De innocentibus. x. A

Innocẽtes dicti ſunt triplici rõne: ſcꝫ rõne vite: rõne pene: ⁊ rõne innocẽtie aſſecute. Rõne vite dicti ſunt innocentes ex eo ꝙ vitã innocẽtem. i. nõ nocẽtẽ habue

runt. Nulli eñ vnq̄ nocuerūt nec deo per inobediē-tiā: nec proximo per iuſtitiam: nec ſibi per alicuius peccati malitiam. Et ideo dicitur in ps. Innocētes ⁊ recti corde adheſerunt mihi. Innocentes in vita ⁊ recti in fide. Rōne pene: qm̄ innocēter ⁊ iniuſte paſſi ſunt vnde ps. Effuderunt ſanguinē innocentem ⁊c. Ratione innocentie aſſecute: quoniam in ip̄o martyrio aſſecuti ſunt baptiſmalem innocētiam. i. ab originali peccato mundiciā: de qua innocentia dicitur in ps. Cuſtodi innocentiam ⁊ vide equitatem. i. cuſtodi innocentiam baptiſmatis et poſtmodum vide equitatem bone operationis. B



Innocētes ab herode aſcalonita interfecti ſunt. Tres eñ herodes ſacra ſcriptura cōmemorat q̄s famoſos fecit eoꝝ infamis crudelitas. Primus dictꝰ ē herodes aſcalonita ſub q̄ dñs natꝰ eſt ⁊ a quo pueri occiſi ſunt. Secūdus dictꝰ eſt herodes antipas q̄ ioannē decollauit. Tertius dictꝰ eſt herodes agrippa qui iacobū occidit et petrum incarcerauit. Unde de hoc extant verſus. Aſcalonita necat pueros antipa ioannē. Agrippa iacobū claudens in carcere petrum. Sed primi herodis hiſtoriā breuiter videamꝰ. Antipater idumeus vt in hiſtoria ſcholaſtica legitur neptē regis arabū duxit in vxorē ex qua filiū habuit quē vocauit herodē qui poſtmodū aſcalonita dictus eſt hic a ceſare auguſto regnū iudee accepit: et tūc primitus ablatū eſt ſceptrū de iuda: huic ſex filij nati ſunt. ſ. antipater: alexāder: ariſtobolꝰ: archelaus herodes: antipas: ⁊ philippꝰ alexandrū aūt ⁊ ariſtobolū ex eadē matre iudea genitos romā miſit liberalibus artibus imbuēdos: poſt hoc a ſtudio redierūt Et erat alexāder grāmaticus: ariſtobolus aūt acerrimus perorator: iāq̄ liberi licētius de ſuſceptiōe regni cū patre diſceptabāt. Ob hoc pater offenſus antipatrē illis ꝓponere ſatagebat. Cūq̄ illi de morte patris tractaſſent ⁊ ob hoc a patre reiecti fuiſſent ceſarē adeūt de patris iniuria cōqueſturi. Interea magi hieroſolymā veniūt ⁊ de ortu noui regis diligentius ſciſcitant̄. Herodes hec audiēs ꝑturbat̄: timēs ne de veroꝝ regū gn̄e aliquis natus eēt: qui eū tāq̄ regni inuaſorem expelleret. Rogat igitur magos vt eo inuento ſibi renuncient ſimulās ſe velle adorare quē volebat occidere verūtamē magi ꝑ aliam viam reuerſi ſunt in regionē ſuā. Uidens herodes ꝙ nequaq̄ ad ſe venierēt ſtelle viſiōe eos deceptos ad ſe redire erubuiſſe credidit: ⁊ iō ab inquiſitione pueri animū reuocauit. Cū autē audiſſet que paſtores dixerant: ⁊ que ſymeon ⁊ anna ꝓphetauerant vehemēter timuit ⁊ ſe a magis turpiter illuſū putauit. Tūc herodes de nece puerorum qui erant in bethleē tractare cepit: vt cum eis ille quem ignorabat occideretur. Admonitione autē angeli Joſeph cū puero et matre in egyptum in ciuitatem hermopolim fugit: ibiq̄ ſeptem annis vſq̄ ad obitum herodis permāſit. Ingrediente igitur domino egyptum ſm̄ Eſaie vaticinium vniuerſa idola corruerūt. Tradunt quoq̄ ꝙ ſicut in exitu filiorum iſrael de egypto non fuit domus in egypto in qua procurante domino nō iaceret mortuū primogenitū: ita nec tūc fuit tēplū in quo nō corruiſſet idolū. Refert Caſſiodorꝰ in hiſto. tripar. ꝙ in hermopoli ciuitate thebaide dicebatur eē arbor q̄ vocat̄ pſidis valēs in ſalutē multoꝝ ſi fructus aut foliū aut pars corticis collo egrotantiū alligetur. Cū igit̄ beata maria cū filio in egyptum fugeret hec arbor vſq̄ ad terrā inclinata eſt: ⁊ xp̄s ſuppliciter adorauit. Hec caſſiodo. C Cū igit̄ herodes de nece pueroꝝ diſponeret a ceſare auguſto ꝑ epiſtolā eſt citatus filioꝝ accuſationibus reſpōſurus. Qui cū per tharſum iter faceret intellexit ꝙ magos naues tharſenſium trāſuexiſſent: ⁊ iō oēs naues tharſis cōburi fecit ſm̄ qd̄ ꝓdictū fuerat. In ſpū vehemēti cōteres naues tharſis. Cūq̄ pater cū filijs corā ceſare diſceptaret: diffinitū eſt vt filij patri in oībus obedirēt ⁊ ip̄e cui vellet regnū dimitteret. Rediēs igit̄ herodes: ⁊ ex cōfirmatiōe factꝰ eſt audacior: mittēs occidit oēs pueros qui erāt in bethleē a bimatu ⁊ infra ſm̄ tēpus qd̄ exquiſierat a magis. Hoc aūt duplicē intelligētiā cōtinet. Prio vt infra dicat ordinē tēporis ⁊ eſt ſenſus a bimatu ⁊ infra. i. ab infantibꝰ duoꝝ annorum vſq̄ ad pueros vnius noctis. Didicerat eñ herodes a magis ea die q̄ ſtella apparuit eis dñ̄ natū eſſe: ⁊ q: iam annus fluxerat eo ꝙ romā iuerat ⁊ redierat dñm anniculū ⁊ aliquoꝝ inſuper dierū cē credebat ideoq̄ ſupra etatē eius vſq̄ ad binos ⁊ infra. i. vſq̄ ad vniꝰ noctis infantes deſeuit i. pueros timens pueri morphoſeone. ſ. puer cui ſydera famulabant̄ ſupra etatē ſuā vel infra faciē trāſformaret. Et hec ſentētia vſitatior habet̄ ⁊ verior reputatur. Alio modo exponit̄ ſm̄ Chryſoſtomū vt infra dicat ordinē nūeri ⁊ eſt ſenſus a bimatu: ⁊ infra. i. a pueris duorum annorum vſq̄ ad pueros quinq̄ annorum. Dicit eñ ſtellā per annū ante ortum ſaluatoris magis apparuiſſe. Herodes autē poſtq̄ hoc a magis didicit. Romā vadens adhuc per annum diſtulit. Credebat autē tūc dominum fuiſſe quādo magis ſtella apparuit: ⁊ ideo dominū duorū annorū eſſe credebat vnde pueros bimos occidit: ⁊ deinceps vſq̄ ad quinq̄ annos: ſed non minores bimis: cui aſſertioni fidē facere videtur ꝙ quedā oſſa innocentium habentur adeo grandia ꝙ bimoꝝ eſſe nō poſſunt. Pōt tamē dici ꝙ longe maioris erant tūc hoīes quantitatis q̄ modo. Ipſe autem herodes ſtatim ibidē punitꝰ eſt. Nā ſicut ait alias methodius: et in quadam chronica legitur vnus paruulus filius herodis ibidem ad nutriendum caſu fuerat datus qui cum alijs a carnificibus eſt occiſus. Tunc adimpletum eſt qd̄ dictum eſt per ꝓphetā. Uox ploratus ⁊ vlulatus piarū ſcꝫ matrū audita eſt in rama. i. in excelſo. D. Deus aūt iudex iuſtiſſimus: vt in eiſdem hiſtorijs legitur ſcholaſticis non eſt paſſus tantā herodis nequitiā remanere impunitā. Diuino eñ iudicio factum eſt vt qui multos orbauerat filijs ipſe ſuis mirabilius orbaretur. Nam alexander ⁊ ariſtobolus iterū patri habiti ſunt ſuſpecti. Cōfeſſus ē aūt vnꝰ de coꝝ cōplicibꝰ ꝙ alexāder multa ſibi donaria ꝓmiſiſſet ſi patri venenū ꝓpinaret. Cōfeſſus eſt etiā ⁊ barbitōſor ꝙ muneribus ſibi ꝓmiſſis ſi dū patris barbā raderet eū cōtinuo iugularet. Addiditq̄ alexandrū dixiſſe non eſſe ponēdā ſpem in ſene q̄ ſibi capillos tingeret vt iuuenis appareret. Ob hoc pater iratꝰ eos occidi fecit: antipatrē aūt futurū regē inſtituit. Sꝫ ipſi antipatri herodē antipā in regnū ſubſtituit: inſuꝑ herodē agripā ⁊ herodiadē vxorē philippi: quos ex ariſtobolo ſuſceperat paterna dilectione fouebat. Hac duplici de cā antipater intolerabile cōtra patrē concepit odiū intantū ꝙ eum attentauit occidere ꝑ venenū. Quod herodes preſentiēs eū in carcere poſuit Auguſtus aūt ceſar audito ꝙ herodes filios occidiſſet: dixit. Mallem eſſe herodis porcus q̄ filius: quia cū ſit ꝓſelitus porcis parcit ⁊ filios occidit. Ipſe autē herodes cū iā annos. lxx. haberet in grauiſſimam egritudinē cecidit. Nā febre valida prurigine corporis colli cōtinuis tormētis pedū inflatione vermeſcētibus teſticulis intolerabili fetore crebro anhelitu ⁊ interruptis ſuſpirijs torquebat̄. A medicis vero in oleo poſitus: inde quaſi mortuus eſt ablatus. E Audiēs aūt iudeos mortē ſuā cū gaudio expectare nobiliores iuuenes ex oī iudea collectos in carcere poſuit dixitq̄ ſalome ſorori ſue. Scio iudeos d̄ morte mea gauiſuros: ſed potero habere multos lugentes ⁊ nobiles exequias mei funeris: ſi meis volueris parere mādatis: vt cū ſpiritū emiſero cūctos occidas quos in cuſtodia ſeruo: vt ſic oīs iudea me ꝯdeat: lꝫ inuita. Habebat autē in cōſuetudine vt poſt omnē cibū pomū ꝑ ſe gladio purgaret ⁊ comederet Cūq̄ gladiū in manu teneret tuſſiq̄ violenta diſtēderet̄: circūſpiciens ne ſe aliquis impediret ſeipſum percuſſurus manū dexteram ſuſtulit. Sed cōſobrinus eius ſuſtinendo dexteram eius impediuit. Protinus aūt quaſi rex mortuus eſſet in aula regia vlulatus inſonuit. Quo audito exultat antipater multaq̄ dona ſi ſolueret̄ cuſtodibꝰ pollicet̄. Qd̄ cum cognouiſſet herodes grauius filij exultationē q̄ propriā tulit mortē. Mittenſq̄ ſatellites eū occidi fecit ⁊ archelaum poſt ſe regnaturū inſtituit. Sicq̄ poſt quinq̄ dies mortuus eſt in bellis fortunatiſſimus: in rebus domeſticis infeliciſſimus. Salome aūt ſoror eius oēs abſoluit quos rex occidi mandauerat. Remigius aūt in originali ſuꝑ mattheū dicit ꝙ herodes gladio quo pomū purgabat ſe peremit: ⁊ ꝙ ſalome ſoror eius omnes vinctos prout cū fratre ordinauerat interfecit.



C De ſancto thoma cantuarienſi. xj A

Thomas interpretatur abyſſus geminus vel ſectus. Abyſſus id eſt profundus in humiliatiōe: quod patet in cilicio ⁊ pedum pauperum lotione. Geminus in ꝑlatione: q: geminate ꝑfuit: ſcꝫ verbo. ⁊ exemplo. Sectus in paſſione. B



Thomas cantuarienſis archiep̄s dum in curia regis anglie ꝯſiſteret: ⁊ quedā ibidē fieri cōtraria religioni videret curiā ipſam deſeruit et cantuariēſi archiep̄o ſe cōmiſit a quo archidiaconus factꝰ ad preces tamen ipſius archiep̄i regis cancellariā ſuſcepit vt prudētia qua erat preditus malignorū in eccleſia ꝓhiberet inſultus. Quem adeo rex dilexit. vt poſt deceſſum archiep̄i eū in cathedralē honorē procurauerit ſublimari q̄ lꝫ plurimū reſiſteret: tandem ad obediētie preceptū humeros ſuppoſuit ad portandū. Subito aūt in virū ꝑfectū alterū ꝑmutat̄: et caro eiꝰ cilicio ⁊ ieiunijs macerat̄. Nō ſolū eñ ciliciū ꝓ camiſia deferebat. ſꝫ ⁊ femoralia cilicina vſq̄ ad poplicē baiulabat. Sanctitatē aūt ſuā ita ſubtiliter occultabat vt ſaluo ſemꝑ honeſtatis rigore ſub decentia veſtiū ⁊ apparatu vtenſiliū concordaret moribꝰ ſinguloꝝ. Tredecim pauperū pedes quotidie curuatis genibꝰ abluebat: ⁊ refectos datis cuilibet q̄tuor argēteis remittebat. Rex autē ad voluntatē ſuā in detrimētū eccleſie ip̄m inflectere nitebat̄ volēs vt cōſuetudines quas cōtra libertatē eccl'ie ꝑdeceſſores ſui habuerūt ab eodē ſil'r firmarent̄ qui dū omnino aſſentire noluit ꝯtra ſe irā regis ⁊ principū ꝓuocauit. Quadā aūt vice ſic ipſe cū alijs ep̄is ē a rege artatus: vt etiā ſibi mortis ſniām minaret̄: magnoꝝ virorū deceptꝰ ꝯſilijs verbotenꝰ aſſenſum ꝑbuit voto regis. Uerū ex hoc vidēs aīaꝝ ꝑiculū imminere ſeipſum poſtmodū in ꝑnia grauiꝰ cruciauit: ⁊ ab altaris officio ſe ſuſpēdit q̄uſq̄ a ſummo pōtifice reſtitui mereret̄. Reqrit deniq̄ rex. vt qd̄ ꝟbo dixerat ſcripto cōfirmaret cui viriliter cōtradixit ⁊ a curia erectā ſibi baiulans crucē diſceſſit cōclamātibꝰ impijs ꝯtra eū Capite furē: ſuſpēdite ꝓditorē. Et ecce duo magni ꝓceres ⁊ fideles ad eū fuſis lachrimis veniētes ſub iuramēto aſſerūt ꝙ in eius mortē multi ꝓceres coniurarūt. Uir igit̄ dei magis eccl'ie q̄ ſibi metuēs fugam init ⁊ ſenonis a papa alexandro ſuſceptus et in monaſterio pontiniacēſi commendatus: poſtmodum in franciam vſq̄ deuenit. Rex ꝟo dum romam miſiſſet vt legati venirēt qui hoc negotiū diffinirēt omnino repulſam patit̄: ⁊ ob hoc in iram contra archiep̄m amplius cōcitat̄. Unde oīa q̄ erant archiep̄i ⁊ ſuorū diripuit: ⁊ totam eius ꝓgeniē exilio cōdemnauit nequaq̄ deferēs cōditioni vel ſexui ordini vel etati. Ipſe aūt ꝓ rege ⁊ ꝓ regno anglie quotidie exorabat. Reuelat̄ aūt archiep̄o ꝙ ad ſuā eſſet eccleſiā rediturus ⁊ ad chriſtum cum palma martyrij migraturus. Septimo igitur anno ſui exilij redire conceditr̄ ⁊ a cunctis cum honore ſuſcipit̄. C Per aliquot dies ante eius martyrium iuuenis quidam de corpore exiens ⁊ poſtmodū miraculoſe rediens aiebat ꝙ vſq̄ ad ſupremum ſanctoꝝ ordinē ductus fuit ⁊ inter ap̄los ſedem quādam vacuam vidit. Percūctanti aūt cuius eſſet hec ſedes angelus reſpōdit ꝙ cuidam magno ſacerdoti anglorum a dño ſeruaret̄ Sacerdos quidam miſſam de btā virgine celebrabat quotidie. Qui archiep̄o accuſatus ab eo accerſitur ⁊ tanq̄ idiota ⁊ inſcius ab officio ſuſpenditur. Cum aūt btūs thomas cilicium ſuum ſuere deberet ⁊ ſub lecto ip̄m abſcondiſſet: vt a conſuendo horam captaret btā maria ſacerdoti apparuit dicens. Uade ad archiep̄um eiq̄ dicas ꝙ illa ob cuius amorem miſſas dicebas eius cilicium qd̄ eſt in tali loco conſuit: ⁊ ſetam rubeam de qua illud cōſuit ibidem reliquit. Illa igit̄ ſibi mandat ꝙ interdictum quod tibi fecerat debeat relaxare. Quod ille audiens et ita inueniens ſtupuit: et interdictum relaxans ſacerdo-

tem hoc ſecretū habere ꝑcepit. Defendit vt priꝰ iu-
ra eccleſie nec a rege flectit̃ vi vel ꝑce. Cū ergo nulla
tenus flecti poſſet ecce milites regis armati veniunt
⁊ vbi archieps ſit vociferādo inquirunt. Quibꝰ ille
occurrēs dixit. Ecce ego. Quid vultis. Et illi. Veni-
mus vt occidaris ⁊ vltra viuere nō valebis. Quibꝰ il
le dixit. Ego ꝓ deo mori paratus ſum ⁊ ꝓ defenſio
ne iuſtitie ⁊ eccleſie libertate. Si igit̃ me q̄ritis ex ꝑ-
te dei oīpotētis ⁊ ſub anathemate ꝓhibeo ne hoꝝ
cuiq̃ aliquatenꝰ noceatis. Deo aūt ⁊ beate marie ⁊
ſctis oībus ⁊ beato dionyſio cām eccleſie ⁊ meipſuꝫ
cōmēdo. Quibꝰ dictis venerandū caput gladijs im-
pioꝝ impetit̃. ſacra capitis corona ꝑcidit̃. cerebrum
ꝑ ecclīe pauimētū diſpergit̃: ⁊ ſic martyr dño conſe-
crat̃ anno dñi. M. clxxiiij. D Dum igit̃ clerici re-
quiē eternā inciperēt ⁊ ꝓ eo miſſam agerent defun-
ctoꝝ ſubito vt aiunt āgeloꝝ chori aſtātes voces can
tantiū interrūpūt ⁊ martyris miſſam incipiunt: leta
bit̃ iuſtus in dño. ⁊ ceteri clerici ꝓſequunt̃. Hec eſt
reuera mutatio dextere excelſi duꝫ cantus meroris
vertit̃ in cāticū laudis cū illū cui defunctorū ſuffra-
gia inchoauerant martyꝝ poſtmodum hymnis lau-
dāt. Reuera eximia cōprobat̃ ſanctitate preditus et
martyr dñi glorioſus quē tanto honore angeli ꝑue-
nerunt ⁊ ſanctorū martyrū cathalogo aſcripſerunt.
Paſſus eſt aūt ſanctus iſte ꝓ eccleſia: in eccleſia ⁊ in
loco ſancto: ⁊ in tp̄e ſacro inter manus ſacerdotum
⁊ religioſoꝝ: vt patientis pietas ⁊ perſequētiū cru-
delitas oſtendat̃. ¶ Multa inſuꝑ alia miracula per
ſanctū ſuū dñs operari dignatus eſt meritis em̄ eiꝰ
cecis viſus. ſurdis auditꝰ. claudis greſſus: vita mor-
tuis reſtituta ſunt. Porro aqua qua panni cōſper-
ſi eius ſanguine lauabant̃ multis extitit in medelā.
Quedā dña de anglia varios oculos habere ob laſci
uiam ⁊ maiorē pulcritudinē affectabat ſuper hoc vo
uens votum nudis pedibꝰ ſepulcrum beati Thome
viſitauit. Que cū in oratione ꝓſtrata iaceret ſurgēs
inuenit ſe penitus excecatā. Statimq̃ penitēs cepit
rogare beatū thomā vt iā nō varios: ſed ſaltē ſuos
ſibi redderet oculos quod tandem cum magna dif-
ficultate vix valuit obtinere. E Quidā aūt illuſor
aquam ſimplicem pro aqua ſancti thome dño ſuo in
pixide obtulit conuiuanti. Cui dñs ait. Si nil mihi
vnq̃ furatus fuiſti ſanctus thomas aquam ſuā huc
te deferre permittat. Si autē reus furti es aqua ip
ſa ꝓtinus euaneſcat. huic igit̃ dicto ille ꝯſenſit ſciēs
ꝙ pixidē aqua nuper impleuiſſet. Mira res. Pixi-
dē cōtinuo aperuerūt ⁊ vacuā inuenerūt. Sicq̃ ſer-
uiēs in mēdacio deꝑhendit̃. ⁊ furti reus euidentius
cōprobat̃. Auis quedā docta loqui cū niſus eā inſe-
queret̃ ſicut didicerat cepit clamare. Sancte thoma
adiuua me. Et ſtatim niſus mortuꝰ cecidit ⁊ illa eua
ſit. Quidā quē ſanctus thomas valde dilexerat: cuꝫ
grauiter infirmaret̃: iuit ad eius tumbā ⁊ ꝓ ſanitate
ſua rogauit ⁊ ad libitū impetrauit. Sed cū ſanatus
rediret cepit cogitare ꝙ illa ſanitas anime ſue forſi-
tan nō expediret. Unde iterū rediens ad ſepulcrum
orauit vt ſi non eſſet vtile anime ſue continuo infir-
mitas ipſa rediret. Statimq̃ infirmitas rediȷt ſicut
prius. In eius aūt interfectores intantum vltio di-
uina deſeuit vt alij digitos dētibꝰ ſuis fruſtratim di
ſcerpētes: alij tabe defluētes: alij paraliſi diſſoluti:
alij amentes effecti miſerabiliter interirent.

¶ De ſancto ſilueſtro. xij.

A
Silueſter dr̃ a ſile qḋ eſt lux ⁊ terra q̄ſi
lux terre. i. eccl̃ie q̄ inſtar bone terre hꝫ
pinguedinē bone opatiōis nigredinē
humiliationis: ⁊ dulcedinē deuotiōis
Per iſta em̄ tria agnoſcit̃ bona terra
vt ait palladiꝰ. Uel ſilueſter dr̃ a ſilua
⁊ theos: q̄ ho ies ſilueſtres. i. incultos duros ad fidē
xp̄i traxit. Uel ſicut dr̃ i gloſſario ſilueſter dr̃ viridis
agreſtis vmbroſus nemoroſus. Uiridis celeſtia con
tēplando. Agreſtis ſeip̄m excolendo. Umbroſus ab
oī cōcupiſcētia refrigeratus. nemoroſus inter arbo
res celi plantatꝰ. eiꝰ legēdā cōpilauit euſebius ceſa-
rieſis. quā btūs Gelaſiꝰ i ꝯcilio ſeptuaginta epoꝝ
a catholicis legendam commemorat ſicut in decre-
to habetur.

B

Silueſter a matre re et noīe iuſta
genitꝰ ⁊ cyrino p̄b̄ro eruditꝰ hoſ-
pitalitatē ſummope exercebat. Timo
theꝰ aūt q̄dā xp̄ianiſſimꝰ ab eo in hoſ
pitiū ſuſcipit̃: q̄ tn̄ ob ꝑſecutiones ab
alijs vitabat̃. Hic timotheꝰ ꝑ vnū an-
nū ⁊ tres mēſes ꝑdicauit: ⁊ poſtea co-
ronā aſſecutꝰ eſt martyrij dū ꝑdicaret cōſtantiſſime
fidē xp̄i. Putās aūt tarquinus ꝑfectus timotheuꝫ
multis abundaſſe diuitijs eas a ſilueſtro expetijt in
ferens ei minas mortis. Sed cū vere timotheū hu-
iuſmodi diuitias nō habuiſſe cōperit: ſilueſtrū ido-
lis imolare ꝑcepit alioqui in craſtinuꝫ diuerſa reci-
peret genera tormentoꝝ. Cui ſilueſter. Stulte hac
nocte morieris ⁊ ſempiterna tormēta recipies et ve-
lis nolis verū deū eſſe quē colimꝰ recognoſces. Sil-
ueſter igit̃ carceri tradit̃ ⁊ tarquinus ad prandiū in-
uitat̃. Dū ḡ comederet os piſcis in eius gutture ſic
verſatur vt nulla rōne reijcere potuerit vel glutire.
Sicq̃ media nocte defunctꝰ ad tumulū cū luctu du-
cit̃ ⁊ ſilueſter cū gaudio a carcere liberat̃ q̇ nō ſoluꝫ
a xp̄ianis: ſed etiā a paganis miro diligebat̃ affectu.
Erat em̄ aſpectu angelicꝰ ſermone nitidus: integer
corpe ſctūs ope: ꝯſilio magnꝰ: fide catholicꝰ: ſpe pa-
tiētiſſimꝰ: charitate diffuſus. Mortuo igit̃ melciade
epo vrbis rome ſilueſter ab oī plebe plurimū reni-
tēs i ſummū pōtificē eſt electꝰ. Hic oīum orphanoꝝ
viduarū ⁊ pauperū noīa in matricula ſcripta habe-
bat ⁊ oībꝰ neceſſaria ꝓuidebat. Hic q̄rtū ⁊ ſextū diē
⁊ ſabbatū ieiunijs inſtituit obſeruandū. Quintū vo
q̄ſi dñicū celebrandū. Grecis vo xp̄ianis dicētibus
ſabbatū diē potiꝰ q̃ quintū celebrandū rn̄dit hr̄ fie-
ri nō debere q̄ hr̄ eſt traditionis aplīce: ⁊ q̄ dñice de-
bet̃ cōpaſſio ſepulture. Cui ille. Unū eſt ſabbatū ſe-
pulture in quo ſemel in anno ieiuniū eſt exhibēduꝫ.
Quibꝰ ſilueſter. Sicut oīs dies dñicus reſurrectio-
nis gloria ſic omne ſabbatū decorat̃ dñica ſepultura.
igitur die ſabbato acquieſcunt: ſed de quinta feria
vehemēter contendūt aſſerētes non debere chriſtia-
noꝝ ſolēnitatibꝰ aſſociari. Silueſter autem eius di-
gnitatē ꝑcipue in tribus oſtendit. Qm̄ hac die dñs



ad celos aſcēdit ⁊ corporis ⁊ ſanguinis ſacramētum
inſtituit ⁊ ſacruꝫ criſma eccleſia cōficit. Oēs igit̃ rō-
nibus eius acquieſcūt. E Perſequēte aūt cōſtan
tino xp̄ianos ſilueſter de vrbe exijt ac in quodā mō-
te cū ſuis clericis māſit. Ipſe aūt cōſtātinus merito
ꝑſecutionis tyrānice in incurabilē cecidit plagam le
pre. Tādē ad cōſiliū pontificū idoloruꝫ adducta ſunt
tria millia ꝓueroꝝ vt eos occidi faceret ⁊ ſe in eoruꝫ
ſanguine recētī ⁊ calido balnearet. Egrediēte aūt eo
ad locū vbi balneū parari debebat matres puerorū
eidē occurrūt que ſolutis crinibꝰ miſerabiliter vlu-
labāt. Et lachrymatꝰ cōſtātinus iuſſit ſtare curruꝫ
⁊ erigēs ſe dixit. Audite me comites ⁊ cōmilitones ⁊
oēs populi q̇ aſtatiſ. dignitas romani imperij de fon
te naſcit̃ pietatiſ q̄ hanc. ēt legē dedit vt capitali ſen-
tētie ſubderet̃ quicunq̃ in bello aliquē occidiſſet in-
fantē. Quāta ergo erit crudelitas vt hr̄ nr̄is faciamꝰ
filijs quod fieri ꝓhibuimus alienis. Quid iuuat bar
baros ſuperaſſe ſi a crudelitate vincamur. Nā vicif-
ſe extraneas nationes rōne virium eſt bellantiū popu
lorū. Uincere aūt peccata ⁊ vitia vtus eſt morū. In
illis ḡ prelijs fortiores nos exiſtimꝰ illis In his vo
nobiſmetipſis fortiores ſumꝰ. Qui em̄ fuerit in iſto
certamine ſuperatus victoriā obtinet victꝰ. Uictor
em̄ poſt triūphū vincit̃. ſi pietas ab impietate ſupe
rat̃. Uincat ergo nos pietas in iſto cōgreſſu. Bene
em̄ omniū aduerſantiū poterimꝰ eſſe victores ſi ſo-
la pietate vincamur. Omniū em̄ ſe eē dñum cōpro-
bat qui ſeruū ſe mōſtrauerit pietatis. Melius eſt ḡ
memoria ſalua vita innocētiū q̃ ꝑ eoꝝ interitū vitaꝫ
recuperare crudelē: quā tn̄ recuꝑare incertū eſt: cuꝫ
tn̄ certū ſit ꝙ ſic recuperata crudelis eſt. Juſſit igit̃
vt matribus ſuis pueri redderētur: ⁊ dona plurima
⁊ infinita vehicula ꝑberent̃. Sicq̃ mr̄es q̄ flendo ve
nerāt ad loca ſua cū gaudio redierūt. Ipē aūt impe
rator ad palatiū ſuū reuerſus eſt. D Sequēti vo
nocte petrus ⁊ paulus apparuerūt ei dicētes. Qm̄
exhorruiſti effuſionē ſanguinis innocētis. iuſſit nos
dñs ieſus xp̄s dare tibi recuperāde cōſiliū ſanitatis
Silueſtrum igitur epiſcopum qui apud montem ſi
raptū latitat accerſi ad te: hic tibi piſcinaꝫ oñdet in
qua immerſus tertio ab omni curaberis lepre mor-
bo. Tu vo xp̄o hanc viciſſitudinem reddas vt idolo-
rum templa diruas chriſti reſtaures eccleſias: ⁊ eius
deinceps cultor fias. Euigilās igit̃ cōſtantinus ſta-
tim milites miſit ad ſilueſtruꝫ. Uidens aūt ſilueſter
milites ſtatim ad palmā martyrij credidit ſe vocari.
Deo aūt ſe recommēdans ⁊ ſocios ſecum adhortās
conſtantino intrepidus ꝑſentatur. Cui conſtātinus
aſſurgens ait. Bn̄ te veniſſe gratulamur. Qui a ſil-
ueſtro reſalutatus narrauit ei ꝑ ordinē ſui ſomnij vi
ſionē. Percūctanti vo cōſtantino qui eſſent illi duo
dij qui ſibi apparuerunt. Silueſter reſpondit illos
eſſe xp̄i apoſtolos ⁊ nō deos. Tunc ad ꝑces impera-
toris ſilueſter apoſtoloꝝ imagines iuſſit ſibi afferri
quas vt imperator aſpexit tales eē qui ſibi apparue
runt declamauit. Silueſter igit̃ eum cathecuminum
fecit ⁊ vnius hebdomade ieiuniū ſibi indixit ⁊ carce
rēs aperire monuit. Cunq̃ in aquam deſcēdiſſet ba
ptiſmatis mirabil' ibi emicuit ſplendor lucis. Sicq̃
inde mūdus exiuit ⁊ xp̄m ſe vidiſſe aſſeruit. Prima
aūt die ſui baptiſmatis hāc legē dedit vt xp̄s ab vr-
be romana tanq̃ verus deꝰ coleret̃. Scd̄a vt ſi quis
xp̄m blaſphemaret capite puniret̃. Tertia vt q̇cunq̃
xp̄iano feciſſet iniuriā bonoꝝ ſuoꝝ parte dimidia ꝓ
uaret̃. Quarta vt ſicut imperator rome ſic romanꝰ
pōtifex caput ab vniuerſis epis habeat̃. Quinta vt
quicūq̃ in ecclīas ꝯfugerit ab oībꝰ ſeruet̃ iniurijs i-
munis. Sexta vt nullus niſi de licentia ſui antiſtitis
ecclīam edificet intra muros alicuius ciuitatis. Se-
ptima vt ad edificationē ecclīarū decime poſſeſſionū
regaliū tribuant̃. Octaua iperator ad ecclīam ſancti
petri venit: ⁊ de ſuis culpis ſe lamētabiliter accuſa-
uit. Poſtmodū arrepto bidēte ad fundamentū ba-
ſilice ecclīe cōſtruēdū terrā primus aperuit ⁊ duode
cim cophinos in ſuis ſcapulis foris eiecit. E Hec
vbi helena mater cōſtātini auguſti in bethania cōſi-
ſtens audiuit ꝑ literas laudat filiū ꝙ abrenunciaſſet
ſimulacris idoloꝝ ſed dure increpat ꝙ relicto deo iu
deoꝝ crucifixū hoīem deū colat. Reſcribit aūt augu
ſtus vt iudeoꝝ magiſtros ſecum adducat: ⁊ ipſe xp̄ia
noꝝ doctores ꝓferret: vt ſic ex diſputatione mutua
appareat fides vera. Adduxit igit̃ ſancta helena cē-
tū quadragintavnū doctiſſimos iudeoꝝ inter quos
duodecim erāt q̇ ſapientia ⁊ eloquentia pre ceteris
rutilabāt. Cū igit̃ ſilueſter cū clericis ſuis ⁊ ꝑdicti iu
dei ad diſputandū corā imperatore inſimul cōuenif-
ſent: de cōmuni cōſenſu duos iudices gentiles ſapiē
tiſſimos ⁊ ꝓbatos noīe craton ⁊ ſenophilum ſtatue-
runt ad quos ꝑtineret ſnīa dicēdorū. Qui lꝫ gētiles
erant tn̄ iuſtiſſimi ⁊ fideles. Taliſq̃ inter eos ſnīa eſt
firmata: vt vno ſtāte ⁊ loquēte alius nō loquat̃. In-
cipiēs igit̃ primus de illis duodecim noīe abiathar
ait. Cū iſti tres deos dicāt patrē ⁊ filiū ⁊ ſp̄m ſanctū
manifeſtū eſt eos cōtra legē agere q̄ dicit. Uidete q̄
ego ſum ſolus deus ⁊ nō eſt alius deꝰ ꝑter me. De-
niq̃ ſi dicūt xp̄m deū eſſe: quia multa fecit ſigna. In
noſtra etiā legē multi fuere q̇ miracula plurima fece
rūt: ⁊ tn̄ nunq̃ ex hoc deitatis nomen vſurpare auſi
ſunt: ſicut iſte ieſus quē iſti adorāt. Ad quē ſilueſter.
Nos vnū deū colimꝰ ſed nō in tanta ſolitudine cum
dicimꝰ vt gaudiū filij nō haberet. Ex veſtris autem
libris vobis trinitatē ꝑſonarū demōſtrare valemꝰ.
Nā patrē dicimus de quo ꝓpheta ait. Ipſe inuoca-
uit me pater meus es tu ⁊c. Filiū de quo idem. Filiꝰ
meus es tu ego genui te. Spiritum ſanctuꝫ de quo
idē. Spiritu oris eius oīs virtus eorum. In hoc etiā
quod dicit. Faciamus hominē ad imaginē ⁊ ſimilitu-
dinem noſtram: euidenter ⁊ perſonarum pluralita-
tem ⁊ diuinitatis vnitatem demonſtrat. Licet auteꝫ
ſint tres perſone: vnus tamen deus eſt. Quod exem-
plo viſibili aliquatenus demōſtrare valemus. Et ac-
cipēs purpurā imperatoris tres ſibi plicas fecit di-
cens. Ecce videtis tres plicas. Et explicans eas ait.
Ecce q̄ tres plice ſunt vnus pānus: ita tres perſone
ſunt vnus deus. De hoc aūt qḋ dicitur ꝙ ex miracu-
lis deus credi nō dꝫ: cum alij plures ſancti miracu-
la fecerūt. nec tamen ſe deos dixerunt: ſicut xp̄s deū
ꝑ hoc ſe aſſerere voluit. Certe deus ſupbientes con-
tra ſe nunq̃ paſſus eſt ſine pena acerrima preterire.

ſicut ptꝫ in dathā ⁊ abyrō aliiſq; ꝗpluribꝰ. Quō er
go mētiri potuit ⁊ ſe deū dicere qđ nō erat cū euꝫ ſe
deū dicentē nulla pena ſecuta fuerit: ſed virtutū effi/
cacia comitabat. Tūc iudices dixerūt. Conſtat abia/
thar a ſilueſtro ſuperatū. Nā ⁊ rō hoc docet: q: ſi de
us nō eſſet ⁊ ſe deū dixiſſet cōferre vitā mortuis nō
valeret. Tunc illo amoto ſecūdus qui ⁊ ionas dice/
bat ad cōflictū accedēs ait abraā a deo circūciſioneꝫ
accipiens iuſtificatus fuit. ⁊ etiā oēs filii abrae ꝑ cir/
cūciſionē iuſtificabant. Igit qui nō fuerit circūciſus
nō erit iuſtificatus. Ad quē ſilueſter. Conſtat abraā
ante circūciſionē deo placuiſſe ⁊ amicū dei appella/
tum eſſe: igit nō circūciſio ipſum ſanctificauit: ſed fi/
des ⁊ iuſtitia ipſum deo placere fecit. Nō igit acce/
pit circūciſionē in ſanctificationē: ſed in diſtinctionē.
Iſto ſuperato tertius qui ⁊ godolias accedens ait.
Quō xp̄s veſter pōt eſſe deus cū aſſeratis eū eē na/
tum tētatū: traditū: nudatū felle potatū: ligatū: cru
cifixum: ſepultū. Cū hec oia in deo eē nō poſſint. Ad
hoc ſilueſter. De veſtris libris hec oia probamꝰ de
xp̄o fuiſſe ꝑdicta. Nā de eius natiuitate dixit Eſai/
as. Ecce virgo cōcipiet ⁊c. De eius tētatione zacha
rias. Uidi ieſum ſacerdotē magnū ſtantē corā ange/
lo ⁊ ſathan ſtabat a dextris eius ⁊c. De eius tradi/
tiōe ps. Qui edebat panes meos magnificauit ſuꝑ
me ſupplantationē ⁊c. De eius nudatiōe idē. Diui/
ſerūt ſibi veſtimēta mea ⁊c. De eius potatione fel/
lea idē. Dederūt in eſcā meā fel ⁊ in ſiti mea ⁊c. De
eius ligatiōe. Eſdras. Uinxiſtis me nō ſicut patreꝫ
qui liberauit vos de terra egypti clamātes an̄ tribu
nal iudicis humiliaſtis me ſuſpendētes in ligno tra/
didiſtis me. De eius ſepultura Hieremias. in ſepul
tura eiꝰ reuiuiſcent mortui: cū ergo godolias quid
rn̄deret nō haberet data ſententia remotus eſt. ❡
Quartꝰ qui ⁊ annas accedēs ait. Ea q̄ de aliis dicta
ſunt ſilueſter iſte de ſuo xp̄o ꝑdicta fuiſſe firmat. Un̄
ſupeſt vt ꝓbet hec de ſuo xp̄o dicta fuiſſe. Ad queꝫ
ſilueſter dabis ergo alium queꝫ virgo concepit qui
felle eſt cibatus ſpinis coronatus: crucifixus: mortuꝰ
⁊ ſepultus qui reſurrexit a mortuis: ⁊ ad celos aſcē/
dit. Tunc Conſtantinus ait. Si alium non dederit
ſciat ſe eſſe ſuperatum. Qui cum hoc facere non poſ
ſet amouetur. Quintus qui ⁊ doeth producitur qui
⁊ ait. Si ex ſemine dauid chriſtus iſte natus eſſet et
ſanctificatus: vt dicitis ergo baptizari non debuit:
vt iterum ſanctificaretur. Ad quem ſilueſter. Sicut
circunciſio in chriſti circunciſioneꝫ finem accepit. Ita
noſter baptiſmus in chriſti baptiſmate initium ſan/
ctificationis habuit: non ergo baptizatus eſt vt ſan
ctificaretur: ſed vt ſanctificaret. Qui cū taceret ait cō
ſtantinus. Non taceret doeth ſi haberet contraria
que proferret. Tunc ſextus qui ⁊ cuſi ait. Uellemus
vt ſilueſter ille cauſas huius virginalis partꝰ nobis
exponeret. Ad quem ſilueſter. Terra de qua adā for
matus eſt incorrupta erat ⁊ virgo: quia necduꝫ ſe ad
bibendum humanum ſanguinem aperuerat: nec ma
ledictionem ſpinarū acceperat: nec hominis mortui
ſepulturam habebat: nec ſerpenti data fuerat ad edē
dum. Oportuit ergo ex maria virgine nouum adam
fieri: vt ſicut ſerpens natum ex virgine vicerat ſic a
nato ex virgine vinceret. Et q̇ ade victor extitit ī pa
radiſo ipſe tētator factus eſt dn̄i in deſerto vt q̇ adā
vicerat mādūcantē vinceret a dn̄o ieiunāte. Hoc ſu/
perato ſeptimus q̇ ⁊ bēiamin ait. Quō xp̄s veſter fi
lius dei pōt eſſe qui a diabolo tentari potuit vt mō
fame panē ex lapidibꝰ facere vrgeret mō in tēpli cel/
ſitudinē leuaret mō ad adorandū ipſum diabolum
induceret. Ad qđ ſilueſter: ſi diabolus iō vicit: quia
ab adā mādūcāte eſt auditus conſtat ideo euꝫ fuiſſe
ſuperatū: q: eſt a xp̄o ieiunāte contētus. Nos autē
eū nō inquātū deus: ſed inquantū homo tentatum
eſſe fatemur. Ideo aūt tripliciter eſt tentatus vt a
nobis oēs tētationes excluderet ⁊ formaꝫ vincendi
daret. Sepe nāq; in hoīe victoriā abſtinentie ſequit
tentatio humane glorie ⁊ tētationē humane glorie
appetitus dn̄ii ⁊ excellētie comitat. Ipſe igit a xp̄o
in his vincit vt vincendi nobis forma daret. Iſto ſu
perato octauus q̇ ⁊ aroel ait. Cōſtat q: deꝰ ſumme
ꝑfectus eſt ⁊ nullius indiget: quid ergo ei opus fuit
vt naſceret in xp̄o. Quō iterū xp̄m verbū appellas
Sed ⁊ hoc conſtat q: deꝰ anteꝗ haberet filiū pater
dici nō potuit. Ergo ſi pater xp̄i poſtea dictꝰ eſt mu
tabilis factus eſt. Ad hoc ſilueſter. Filius ante tēpo
ra ex patre eſt genitus: vt faceret: q̄ nō erant: ⁊ in tē
pore eſt natus vt reficeret q̄ perierant. Que ⁊ ſi ſo/
lo verbo reficere poterat: tn̄ ꝑ paſſionē niſi hō fieret
redimere nō valebat: q: in ſua deitate ad patienduꝫ
aptus nō erat nec hoc erat īꝑfectionis: ſed ꝑfectiōis
ſi in ſua nō erat deitate paſſibilis. Porro filiū ⁊ verbuꝫ
dei dici ex eo patꝫ: q: ꝓpheta ait. Eructauit cor meū
verbum bonum. Deus quoq; ſemꝑ pater fuit: quia
ſemper eius filius extitit. Filius em̄ eius eſt verbuꝫ
eius ſapientia eius virtus eius: in patre aūt ſemper
fuit verbū. iuxta illud. Eructauit cor meū verbum.
Semꝑ ſapiētia. iuxta illud. Ego ex ore altiſſimi pro
dii primogenita ante oēm creaturam. Semꝑ virtus
iuxta illud. Ante oēs colles ego parturii: necdū fon/
tes aquarū erupcrāt ⁊c. Cum ergo pater nunꝗ fue
rit ſine verbo ſapientia ⁊ virtute quomō putas hoc
nomē ſibi ex tꝑe aduenifſe. Hoc ergo amoto nonus
qui ⁊ iubar dixit. Conſtat quia deꝰ cōiugia nō dam/
nat nec eis maledixit: q̄re ergo de ꝯiugio natū dene
gatis hūc eſſe quē colitis: niſi ⁊ obfuſcare coniugia
ſtudeatis. Rurſum quō tētatur q̇ potēs eſt: patitur
qui virtus eſt: morit q̇ vita eſt. Deniq; ad hoc coge
ris: vt duos filios eſſe dicas: vnū queꝫ pater genuit
alterū quē virgo generauit. Rurſus quō fieri pōt:
vt patiat homo qui aſſumptus eſt ſine leſione eiꝰ a
quo aſſumptus eſt. Ad hoc ſilueſter. Nos xp̄m non
ideo natū de virgine dicimus vt cōiugia cōdēnemꝰ:
ſed cauſas virginei partus rōnabiliter acceptamus
Nec hac aſſertione obfuſcātur: ſed ornātur cōiugia
qm̄ hec virgo que chriſtū peperit de ꝯiugio nata eſt
Tētatur aūt chriſtus vt oēs tētationes diaboli vin/
ceret: patitur vt vniuerſas paſſiones ſubiiceret mo
ritur vt mortis imperiū ſubiugaret. Dei quoq; filiꝰ
vnus in chriſto eſt qui ſicut eſt vere dei filiꝰ, inuiſibi/
lis ita viſibilis eſt xp̄s. Eſt ergo inuiſibile hoc qđ eſt
deꝰ: ⁊ eſt viſibile hoc quod eſt homo. Pati vo poſſe
hominē aſſumptum ſine paſſione eius q̇ aſſumpſit



exēplo doceri pōt. Nā preſentis purpure regis vta
mur exēplo. Lana enī fuit: ⁊ huic lane ſanguis acce/
dēs colorē purpureū ꝓbuit. Cū ergo teneret digitꝭ
⁊ torqueret in filo: quid torquebat hoc qđ regie di/
gnitatis color eſt: an hoc qđ lana extiterat āteꝗ pur
pura fieret. Lane ergo aſſimilat hō: colori purpure
deꝰ q̇ ſimul in paſſiōe fuit dū pateret in cruce: ſꝫ paſ
ſiōi in nullo ſubiacuit. Decimus q̇ ⁊ thara dixit. Nō
mihi placet iſtud exēplū: q: ſimul color torquetur cū
lana. Cui cū oēs cōtradicerent. Silueſter dixit. Acci
pe ergo aliud exēplū: arbor habēs ī ſe ſolis ſplēdorē cū
inciditur ictū q̇dē ſuſcipit: ſplēdor aūt ab inciſiōe im
munis exiſtit. Sic hoīe patiēte diuinitas nulli paſ/
ſioni ſubiacuit. ❡ Undecimus q̇ ⁊ ſileō ait. Si de
xp̄o tuo ꝓphete iſta vaticinati ſunt: tante irriſiōis paſ/
ſiōis ⁊ mortis cauſas ſcire vellemꝰ. Et ſilueſter. Eſu
riuit xp̄s vt nos reficeret. Sitiuit vt ariditati nr̄e vita
lia pocula miniſtraret. Tentatus eſt vt nos a tētatio
nibus liberaret. Tentꝰ vt nos a demonū captura re/
dimeret. Irriſus eſt vt nos ab irriſiōe demonū eru/
eret. Ligatus eſt vt nos a nodo maledictionis abſol
ueret. Humiliatus eſt vt nos exaltaret. Spoliatus ē
vt nuditatē prime ꝑuaricationis indulgētie indumē
to tegeret. Spineā coronā accepit vt flores paradiſi
ꝑditos redonaret. In ligno ſuſpēſus eſt vt ꝯcupiſcē
tiā in ligno genitā damnaret. Felle ⁊ aceto potatꝰ eſt
vt hominē ad terrā fluentem lac ⁊ mel introduceret:
⁊ fontes nobis mellifluos aperiret. Mortalitatem
ſuſcepit vt ſuā nobis immortalitatem donaret. Se/
pultus eſt vt ſanctoruꝫ ſepulturas benediceret. Sur
rexit vt mortuis vitam redderet. Aſcendit in celum
vt celi ianuā aperiret. Sedet a dextris dei: vt preces
credentium exaudiat. Hec ſilueſtro proſequente vni
uerſi tam imperator ꝗ iudices ⁊ iudei in laudem ſil
ueſtri ꝓruperunt vnanimiter. Tūc indignatus duo/
decimus qui et zambri indignatione magna dixit.
Miror vos ſapientiſſimos iudices verborum amba
gibus credere: ⁊ dei oipotētiā eſtimare humana ra/
tione cōcludi. Sed iam ceſſent verba ⁊ veniamus ad
facta. Stultiſſimi namq; ſunt qui crucifixum colunt
cū ergo nomē dei oipotētis ſciam: cuius virtutē nec
ſufferunt ſaxa: nec audire valet quelibet creatura. Et
vt me verū dicere cōprobetis taurꝰ ad me ferociſſi/
mus adducatur: ⁊ dum in eius aure nomen iſtud in
ſonuerit taurus illico morietur. Ad quem ſilueſter.
Et tu quomodo hoc nomen audiens non decidiſti.
zambri dixit. Non eſt tuum hoc noſcere myſterium
qui iudeorū inimicus es. Adducit aūt taurus fero/
ciſſimus vix a centū hoibus fortiſſimis tractus. At
vbi zambri in aure eius verbū ꝓtulit ꝯtinuo taurus
mugiens oculoſq; eiiciens expirauit. Omnes igitur
iudei vehemēter acclamāt ⁊ ſilueſtro inſultant. Qui
bus ſilueſter. Nō nomē dei ꝓtulit: ſed nomē peſſimi
demonis nominauit. Deus em̄ meus ieſus xp̄s non
ſolum viuentes mortificat. ſed etiā mortuos viuifi/
cat. Nōne occidere poſſe ⁊ viuificare nō poſſe eſt leo
num ſerpentū ⁊ ferarū. Si ergo vult vt credā q nō/
men demonis non fuerit: dicat iterum ⁊ viuificet qđ
occidit. Nam de deo ſcriptum eſt. Ego occidā ⁊ ego
viuere faciam. Quod ſi non poterit: nomē demonis
abſq; dubio nominauit: qui viuentē occidere poteſt
mortuum viuificare nō pōt. Cūq; zambri ad ſuſcitā
dum taurū a iudicibus vrgeretur dixit. Suſcitet cū
ſilueſter in noīe ieſu galilei: ⁊ omnes in eū credemꝰ.
Nam ⁊ pēnis poſſet volare. iſtud tamen nō valeret
perficere. Omnes igitur iudei ſi tauruꝫ ſuſcitauerit
ſe credituros promittūt. Tunc ſilueſter oratione fa/
cta ad aurem tauri ſe applicans dixit. O nomen ma
ledictionis ⁊ mortis egredere iuſſu domini noſtri ie
ſu chriſti in cuius nomine tibi dico. Taure ſurge et
ad armentum tuū manſuetus recede. Statim igitur
taurus ſurrexit ⁊ cū omni manſuetudine abiit. Tūc
regina iudei iudices ⁊ ceteri omnes cōuerſi ſunt ad
fidem. ❡ Poſt aliquot vo dies idolorum pon/
tifices ad imperatorem venerunt dicētes. Sacratiſ/
ſime imperator ille draco qui eſt in fouea poſtꝗ fidē
chriſti recepiſtis pluſꝗ .ccc. homines quotidie inter
fecit flatu ſuo. Conſulente ſuper hoc conſtantino ſil
ueſtrum reſpondit. Ego per chriſti virtutem euꝫ ab
omni leſione ceſſare faciam. Promittūt pontifices
ſe ſi hoc faceret credituros. Orante autem ſancto ſil
ueſtro ſanctus petrus apparuit ei dicens. Securus
ad draconem deſcende tu ⁊ duo preſbyteri qui ſunt
tecum. Cumq; ad eum veneris eum taliter alloqua
ris. Dominus noſter ieſus chriſtus de virgine natꝰ
crucifixus ⁊ ſepultus qui reſurrexit ⁊ ſedet ad dexte
raꝫ patris: hic venturꝰ eſt iudicare viuos ⁊ mortuos
Tu ergo ſathana in hac fouea vſq; dum venerit ex/
pecta. Os aūt eius ligabis filo: ⁊ anulo crucis ha/
bente ſignuꝫ de ſuper ſigillabis: poſtea ad me ſani ⁊
incolumes venietis ⁊ panem quē vobis parauero co
meditis. Deſcendit itaq; ſilueſter cum duobus preſ
byteris in foueam per gradus .xl. duas ſecuꝫ ferens
laternas. Tunc draconi predicta verba dixit: ⁊ os ip/
ſius ſtridentis ⁊ ſibilantis vt iuſſus fuerat alligauit
Et decendens inuenit duos magos qui eos ſecuti
fuerant vt viderent ſi vſq; ad draconem deſcenderēt
ex draconis fetore pene mortuos ⁊ eos ſecum addu
xit incolumes atq; ſanos. Qui ſtatim cum multitu/
dine infinita conuerſi ſunt. Sicq; romanorū popu/
lus duplici morte eſt liberatus. ſ. a cultura demonis
et veneno draconis. Tandem beatus ſilueſter mor/
ti appropinquans clerum de tribus admonuit. ſ. vt
inter ſe charitatem haberent eccleſias ſuas diligen/
tius gubernarent: ⁊ gregem a luporum morſibus cu
ſtodirent. Poſt hec in domino feliciter obdormiuit
circa annum domini .cccxx.

❡ De circunciſione domini. xiii. A



Circunciſionis dn̄ice diem quat/
tuor celebrem faciunt ⁊ ſolēneꝫ.
Primū ē octaua natiuitatꝭ dn̄i. Scđꝫ
impoſitio noui ⁊ ſalutiferi nois. Terti
uꝫ effuſio ſanguinis. Quartū ſignacu
lum circunciſionis. Primum ergo eſt
octaua natiuitatis dn̄i. Si enim alioꝝ
ſctōꝝ octaue ſolennes ſunt: ꝗtomagis octaua dies
ſcti ſctōꝝ ſolēnis erit. Sed non videt q natiuitas
domini debeat habere octauaꝫ: quia eius natiuitas
tendebat ad mortem obitus autem ſanctorum ideo
octauas habent: quia ipſi tunc naſcuntur ea natiui/

tate que eſt ad vitā eternā vt poſtea reſurgāt in cor-
poribus glorioſis eadē rōne vr̄ ꝙ nō debeat habere
octauā natiuitas beate virginis nec beati ioānis ba-
ptiſte: ſimiliter nec reſurrectio dñi: q: iā facta erat in
in ipſa reſurrectione. Sed notādū ꝙ ſicut dicit pre-
poſitus ſunt octaue ſuppletionis vt eſt octaua na-
tiuitatis dñi in q̄ ſupplemus qđ minus in feſto fctm̄
fuerat: ſcilicet officiū de parturiente. Vn̄ etiā i miſſa
olī cōſueuerat cātari ad honorē beate v̄ginis. Vul-
tū tuū ⁊c. Itē ſunt octaue veneratiōis vt paſche: pē-
thecoſtes: beate v̄ginis: beati ioānis baptiſte. Item
deuotiōis vt cuiuſlibet ſctī poſſunt fieri octaue. Fi-
guratiōis: vt ſunt octaue inſtitute de ſanctis q̄ ſigni-
ficant octauā reſurrectiōis. B Scđꝫ eſt impoſitio
noui ⁊ ſalutiferi noīs. Hodie enī impoſitū eſt ei no-
men qđ os dñi nominauit. Nomē preter qđ nō eſt
aliud ſub celo in q̄ oporteat nos ſaluos fieri. Nomē
qđ ſꝫ bernar. eſt mel in ore: melos i aure ⁊ iubilus in
corde. Nomē qđ ſicut dicit idē Bernar. iſtar olei lu-
cet p̄dicatū paſcit recogitatū lenit ⁊ vngit inuocatū.
Habuit aūt triplex nomē ſicut ex euāgelio manife-
ſtat̄. ſ. filius dei xp̄s ⁊ ieſus. Vocatur aūt filiꝰ dei in-
quātū eſt de deo deꝰ. Xp̄s iquātū eſt hō a ꝑſona di-
uina quātū ad humanā naturā aſſumptꝰ. Ieſus in-
quātū eſt deꝰ hūanitati vnitus. De hoc triplici noīe
dicit Bernar. Vos q̄ in puluere eſtis expgiſcimini ⁊
laudate. Ecce dñs venit cū ſalute. venit cū vnguēto:
venit cū gloria. Nec ei ſine ſalute ieſus nec ſine vn-
ctione xp̄s: nec ſine gloria venit filius dei. Si q̄dem
ip̄e ſalus: ipſe vnctio ipſe gloria. Quātū aūt ad hoc
triplex nomen ante paſſionē perfecte notus nō erat
Nam quantū ad primum ab aliquibus cognoſceba-
tur coniecturaliter: ſicut a demonibus qui dicebant
ipſum eſſe filium dei. Quantum ad ſcđm particula-
riter: ab aliquibus enim paucis cognoſcebatur eſſe
xp̄s. Quantum ad tertium vocaliter: q: quo ad hāc
vocem ieſus ſed non quo ad rōnē noīs qđ eſt ſalua-
re. Poſt reſurrectionē autem hoc triplex nomē cla-
rificatū eſt. Primum nomē quo ad certitudinē. Se-
cundū quo ad diffuſionē. Tertiū quo ad noīs rōneꝫ.
Primū igit̄ nomē eſt filiꝰ dei. Et ꝙ hoc nomen ſibi
recte cōueniat ſic dicit Hilarius in libro de trinita-
te. Vere dei filiū vnigenitū dñm nr̄m ieſum xp̄ꝫ eſſe
multis modis cognitū eſt. dū de eo teſtat̄ pater: dū
de ſeipſo ꝓfitetur. dum apoſtoli predicāt: dū religio-
ſi credunt: dū demones confitent̄: dum iudei negāt:
dum gētiles in paſſione cognoſcūt. Idem Dñꝫ deū
noſtrū ieſum xp̄ꝫ his modis cognoſcimus noīe nati-
uitate natura: poteſtate ⁊ ꝓfeſſione. Scđm nomen
eſt xp̄s quod interpretatur vnctus. Ipſe em̄ fuit vn-
ctus oleo letitie pre participibus ſuis. Per hoc au-
tem quod dicitur vnctus inſinuatur ꝙ ipſe fuit pro-
pheta pugil ſacerdos ⁊ rex. iſte em̄ quattuor ꝑſone
olim conſueuerant inungi. Fuit em̄ propheta in do-
ctrine eruditione: pugil a diaboli debellatiōe. ſacer-
dos in patris recōciliatione: rex in premiorū retribu-
tione. Ab hoc ſcđo nomine denominamur: q: a xp̄o
dicimur chriſtiani. De quo nomine ſic dicit Auguſt.
chriſtianus iuſtitie bonitatis: integritatis patiētie:
caſtitatis pudicitie: humanitatis innocentie: pieta-

tis nomē eſt. Et tu iſtud quō tibi defēdis ⁊ vēdicas
cui de tam plurimis rebus nec pauca ſubſiſtūt: chri-
ſtianus ille eſt qui nō noīe tantū: ſꝫ etiā opere extat.
Hec Aug. C Tertiū nomē eſt ieſus. Hoc aūt no-
men ieſus ſm̄ Benar. dicit̄ cibus: fons medicina: et
lux. Hic aūt cibus multiplicē hꝫ effectū. Eſt em̄ cibꝰ
cōfortatiuus: impinguatiuus: roboratiuus: ⁊ vege-
tatiuus. De his ſic dicit Benar. Eſt cibus hoc no-
mē ieſus. An non toties cōfortaris quoties recorda-
ris. Quid eque mētē cogitantis impinguat quid ita
exercitatos reparat ſenſus v̄tutes roborat: vegetat
bonos mores: atq̄ caſtas fouet affectiones. Scđo d̄r
fons. vn̄ dicit idē Benar Ieſus eſt fons vite ſignatꝰ
qui in q̄ttuor riuos ſe diffundit i plateas. Vn̄ qui fa-
ctus eſt nobis ſapientia iuſtitia ſanctificatio ⁊ redē-
tio: ſapiētia in p̄dicatiōe iuſtitia in pctōꝝ abſolutiōe
ſanctificatio in cōuerſatiōe vel incōuerſiōe, redēptio
iu paſſiōe. hec Ber. Alibi q̄ꝫ ſic dicit: tres riui fluxe-
rūt a ieſu v̄buꝫ doloris in quo eſt cōfeſſio: ſanguis a-
ſperſionis: in q̄ eſt afflictio. aqua emūdatiōis in q̄ eſt
cōpūctio. Tertio eſt medicina. Vn̄ ſic ait. Eſt etiā hoc
nomē ieſus medicina. Nihil enī ita ire īpetū cohibꝫ:
ſuꝑbie timorē ſedat. Sanat liuoris vulnꝰ. reſtringit
luxurie fluxū: extinguit libidinis flāmā: ſitim tempe-
rat auaritie ac totius decoris fugat pruriginē. Quar-
to eſt lux. vn̄ ait. vn̄ putas in toto orbe tāta ⁊ tā ſubi-
ta fidei lux niſi de p̄dicato ieſu hoc eſt nomē qđ pau-
lus portabat corā gentibꝰ ⁊ regibꝰ tāq̄ lucernā ſuꝑ
cādelabrū. Hoc iterū nomē ieſus ē multe ſuauitatis
vn̄ Benar. Si ſcribas nō ſapit nihil niſi legero ibi ie-
ſuꝫ. Si diſputes ac cōferas nō ſapit mihi niſi ſonue-
rit ibi ieſus. Itē richardꝰ de ſctō victore. Ieſus ē no-
mē dulce: nomē delectabile nomē ꝯfortās peccatorē
⁊ btē ſpei g̃ ieſu eſto mihi ieſus. Scđo ē multe v̄tuo-
ſitatis. vn̄ petrꝰ reuen̄. Vocabis nomen eius ieſum.
Hoc ē nomē qđ dedit cecis viſuꝫ: ſurdis auditū: clau-
dis greſſuꝫ ſermonē mutis vitā mortuis. Totāq̄ dia-
boli ptātē de obſeſſis corporibꝰ v̄tus huiꝰ noīs effu-
gauit. Tertio eſt multe excellētie ⁊ ſublimitatis. Vn̄-
de Ber. Nomē ſaluatoris mei frīs mei carnis mee:
ſanguinis mei: nomē a ſeculis abſconditū: ſꝫ in fine
ſeculorū reuelatum nomē mirabile: nomē ineffabile
nomen ineſtimabile. imo eo mirabiliꝰ quo ineſtima-
bilius: eo magis gratū quo gratuitū. Hoc aūt no-
men ieſus īpoſituꝫ eſt ei ab eterno ab angelo ⁊ a pa-
tre putatiuo. ſ. a ioſeph. Ieſus em̄ ſaluator interpre-
tat̄. Dicit̄ aūt ſaluator tripliciter vel a potētia ſaluā-
di vel ab habitu vel ab actu. ſm̄ qđ d̄r a potentia ſal-
uandi cōuenit ei hoc nomen: ab eterno. Secūdū qđ
dicit̄ ab habitu ſaluandi ſic fuit impoſituꝫ ab ange-
lo ⁊ cōuenit ei a principio conceptionis. ſcđm quod
dicit̄ ab actu ſaluandi dicit̄ impoſitū a ioſeph rōne
future paſſiōis. Vn̄ glo. ſuper illud. Vocabis nomē
eius ieſum dicit. Nomen impones quod ab angelo
vel ab eterno impoſituꝫ eſt. Et tangit hic gloſſa hāc
predictam triplicem denominationem. Cum enim
dicitur nomen impones tangitur denominatio a io-
ſeph. cum dicitur ab angelo vel ab eterno impoſi-
tum eſt tanguntur alie due. Recte igitur in die ca-
pitis anni conſtituta a roma capite mundi ⁊ inſigni-



ta capitali litera alphabeti xp̄s caput eccleſie circun-
ciditur nomē ei imponit̄ ⁊ eius natiuitatis octauus
dies colitur. D Tertiū eſt effuſio ſanguinis xp̄i. Ho-
die em̄ ſanguinē ſuum primo pro nobis fundere ce-
pit q̄ ip̄m poſtmodū pluries effundere voluit. Quin-
q̄ enim vicibus ſanguinē ſuū p̄ nobis effudit. Pri-
mo in circunciſione: ⁊ hec effuſio fuit noſtre redem-
ptionis initiū. Scđo in oratione ⁊ hec oſtēdit noſtre
redēptionis deſideriū. Tertio in flagellatione: ⁊ hec
fuit noſtre redēptionis meritū: q: liuore eius ſanati
ſumus. Quarto in crucifixione: ⁊ hec fuit nr̄e redem-
ptionis pretium: tunc enim que non rapuit exoluit.
Quinto in lateris apertione: ⁊ hec fuit nr̄e redēptio-
nis ſacramentū inde em̄ exiuit ſanguis ⁊ aqua quod
figurauit nos p̄ aquā baptiſmi debere mundari qui-
q̄dē baptiſmꝰ habiturꝰ erat efficaciā a ſanguine xp̄i.
Quartū ⁊ vltimū eſt ſignaculū circūciſionis qđ q̄dē
xp̄s hodie accipere dignatus eſt. Voluit aūt dñs cir-
cuncidi ꝓpter multas rōnes. Prio ratiōe ſui vt ve-
rā carnē hūanā ſe aſſumpſiſſe oñderet. Sciebat em̄
aliq̄s futuros qui dicerēt ipſuꝫ nō corpꝰ verū ſꝫ fan-
taſticū aſſumſiſſe. Et iō vt eoꝝ errorē cōfutaret vo-
luit circūcidi ⁊ ſanguinē ibi emittere. Corpus enim
fantaſticū ſanguinē nō emittit. Scđo rōne noſtri: vt
nos ſpūaliter debere circūcidi mōſtraret. Duplex ē
em̄ circūciſio ſm̄ Bern̄. que dꝫ fieri a nobis ſcꝫ exte-
rior in carne: ⁊ interior in mēte. Circunciſio exterior
ꝯſiſtit in tribꝰ ſcꝫ in habitu. ne ſit notabilis in actio-
ne ne ſit reprehenſibilis: ⁊ in ſermone: ne ſit cōtēpti-
bilis. Interior aūt ſilr̄ cōſiſtit in tribꝰ ſcꝫ in cogita-
tiōe: vt ſit ſancta: in affectiōe vt ſit pura: in intētione
vt ſit recta. Hec bernar. Iterū rōne nr̄i vt nos ſalua-
ret quēadmodū em̄ fit cauteriū in vno mēbro: vt to-
tū corpus ſanet̄ ſic xp̄s voluit portare cauteriū circū-
ciſionis: vt ſic totū corpus myſticuꝫ ſaluaret̄. Col. ij.
Circūciſi em̄ eſtis circūciſiōe nō manufacta in expo-
liatiōe corpis carnis ſcꝫ circūciſiōe xp̄i. Glo. a vitijs
tanq̄ petra acutiſſima. Petra enim erat xp̄s. j. Co-
rinth. x. ⁊ Exo. iiij. Tollit illico ſephora acutiſſimā pe-
trā ⁊ circūcidit carnē preputij filij ſui. Circūciſiōe ⁊c.
dupliciter exponit̄ ſm̄ gl. Primo modo ſic. Circūci-
ſi inq̄ eſtis circūciſiōe nō manufacta. i. humano ope-
re: ſed diuino. i. circūciſione ſpirituali que quidē cir-
cūciſio fit in expoliatiōe corpis carnis: hoc eſt depo-
ſitione carnalis hoīs. i. vitiorū ⁊ deſideriorum carna-
liū ſm̄ ꝙ caro accipit̄. j. Corin. viij. Caro et ſanguis
regnum celorum nō poſſident ⁊c. Eſtis inq̄ circūciſi
circūciſione non manufacta: ſed circūciſiōe ſpiritua-
li. Secūdo modo ſic. Circūciſi inq̄ eſtis in chriſto et
hoc circūciſione nō manufacta. i. circunciſione legali
que quidē manufacta ſiue legalis fit in expoliatione
corporis carnis. i. corpis quod eſt caro: ſcꝫ cutis car-
nis: in circunciſione legali aufertur. Non eſtis inq̄
circūciſi iſta circūciſione ſed circūciſione chriſti. i. ſpi-
rituali in qua omnia vitia amputata ſunt. Unde ro-
manorum. ij. Non enim qui in manifeſto iudeus eſt
neq̄ qui in manifeſto: in carne eſt circunciſio: ſed in
abſcondito iudeus eſt: ⁊ circūciſio cordis in ſpiritu
non litera: cuius laus non ex hominibus. ſed ex deo
eſt. circūciſi eſtis circūciſione nō manufacta in expo-

liatione corpis carnis: ſed circūciſione xp̄i. Tertio ra-
tione iudeorū vt inexcuſabiles eſſent. Si em̄ circūci-
ſus non fuiſſet potuiſſent ſe iudei excuſare ⁊ dicere.
Ideo te nō recipimꝰ q: diſſimilis es patribꝰ. Quar-
to rōne demonū ne ſcꝫ incarnatiōis myſteriū cogno-
ſcerent. Cū em̄ circūciſio fieret cōtra originale pctm̄
credidit diabolus: ⁊ hūc q̄ circūcidebat̄ ſilr̄ peccato-
rē eſſe qui circūciſionis remedio indigeret ꝓpter eā-
dē cām voluit vt mater ſua virgo ꝑpetua eēt deſpō-
ſata. Quinto rōne ꝑfecte iuſtitie adimplende. ſicut em̄
baptizari voluit vt ꝑfectā iuſtitiā. i. ꝑfectā humilita-
tē: q̄ eſt ſubdere ſe minori impleret: ſic etiā voluit cir-
cūcidi: vt eādē humilitatē nobis oſtēderet dñ̄ autor
⁊ dñs legis voluit ſe ſubdere legi. Sexta rōne legis
moſayce approbāde ꝙ erat bona ⁊ ſancta ⁊ cōplen-
da: q: nō venerat legē ſoluere ſed adimplere. Ro. xv.
Dico em̄ ieſum xp̄m miniſtrū fuiſſe circūciſionis ꝓ-
pter veritatē dei ⁊c. Quare aūt circūciſio octauo die
fiebat. Multiplex pōt rō aſſignari. Prima ſumitur
penes intellectū hiſtoricū ſiue literalē. Nā ſicut dicit
rabbi moyſes maximꝰ philoſophꝰ ⁊ theologus: licꝫ
iudeus Puer in ſeptem diebꝰ tante adhuc teneritu-
dinis eſt quante eſt adhuc in vtero matris exiſtens.
In octaua aūt die fortificat̄ ⁊ ſolidat̄: ⁊ iō vt dicit no-
luit dñs paruulos ante octauū diē circūcidi ne ob ni-
miā teneritudinē nimiū lederent̄. Vltra octauū v̄o
diē ipſam circūciſionē noluit ꝓlongari propter tres
cauſas q̄s pbs idē aſſignat. Prima vt periculū eui-
tet̄ ne ſcꝫ ſi nimiū differret̄ ſine circūciſiōe eos mori
cōtingeret. Scđa vt dolori paruulorū ꝓuideat̄. cum
em̄ in circūciſione maximꝰ dolor fit voluit eos dñs
circūcidi: dū paruā adhuc imaginationē haberent ⁊
minorē ibi dolorē ſentirēt. Tertia vt parētū triſtitie
cōſulat̄. nā cū ex circūciſione plerīq̄ paruuli morerē-
tur: ſi circūciſi fuiſſent iā magni ⁊ ex hoc mortui ma-
ior dolor fuiſſet parentibꝰ q̄ ſi morerent̄ octo tantū
dies habētes. Scđa ratio ſumit̄ penes intellectum
anagogicū ſiue celeſtē. Ideo em̄ octauo die fiebat vt
daret̄ intelligi ꝙ in octaua reſurrectionis ab oī pe-
na ⁊ miſeria circunciderēmur. Et ſm̄ hos octo dies
erunt octo etates. Prima ab adā vſq̄ ad noe. Scđa
a noe vſq̄ ad abraā. Tertia ab abraā vſq̄ ad moyſen.
Quarta a moyſe vſq̄ ad dauid. Quinta a dauid vſq̄
ad xp̄m. Sexta a xp̄o vſq̄ ad finē mūdi. Septima mo-
rientiū. Octaua reſurgentiū. Vel p̄ octo dies intelli-
gunt̄ octo: q̄ in eterna beatitudine poſſidebimꝰ que
enumerat Aug. dicēs: Quid aliud eſt ergo ero illorū
deꝰ niſi ero eis vnde ſatient̄. Ero quecūq̄ honoſte
deſiderant̄. ſ. vita ſalus: victus: copia: gloria: honor:
pax: ⁊ oē bonū vel aliter. Per ſeptē dies intelligitur
hō cōſtās ex corpe ⁊ aīa. Quatuor em̄ dies ſunt qua-
tuor elemēta ex quibꝰ corpus cōſiſtit tres dies ſunt
tres potentie q̄ ſunt in aīa: ſcꝫ concupiſcibilis: iraſci-
bilis ⁊ rōnalis. Hō igit̄ qui nūc hꝫ ſeptem dies quo-
niā vnitati eterne incōmutabilitatis cōiunget̄: tunc
octo dies habebit: ⁊ in illo octauo die ab omni pena
⁊ etiam culpa circūcidetur. Tertia ratio ſumitur pe-
nes intellectū tropologicum ſiue moralē. Et ſm̄ hoc
octo dies diuerſimode poſſunt accipi. Primus pōt
eſſe peccati cognitio. Pſal. Quoniam iniquitatem

meam ego cognoſco ⁊c. Scđs ꝓpoſitū deſerēdi malum ⁊ faciēdi bonū quod notať in filio ꝓdigo qui dixit ſurgā ⁊ ibo ad patrē meū ⁊c. Tertiꝰ pudoꝛ de peccato. Vñ apoſtolus. Quē em̄ fructū habuiſtis tūc in illis in quibus nūc erubeſcitiſ. Quartꝰ timoꝛ de futuro iudicio Joan. Quaſi tumentes ſuper me fluctus timui deum. Hierony. Siue comedaꝫ ſiue bibā ſiue aliquid aliud faciam: ſemper videtur mihi illa vox in auribus meis ſonare. Surgite moꝛtui venite ad iudiciū. Quintus contritio. vñ hieremias. Luctū vnigeniti fac tibi ⁊c. Sextus cōfeſſio. Pſal. Dixi cōfiteboꝛ aduerſum me iniuſtitiā meā ⁊c. Septimus ſpes venie. Nā ⁊ ſi iudas peccatū ſuum cōfeſſus fuerit: tñ nō in ſpe venie. ⁊ ideo non eſt miſericoꝛdiam conſecutus. Octauus ſatiſfactio ⁊ in hac die homo ſpiritualiter circūciditur non ſolū a culpa: ſed etiā ab omni pena: vel duo pꝛimi dies ſunt doloꝛ de perpetratione peccati ⁊ deſiderium emēdandi. Alij duo confiteri mala que fecimus ⁊ bona que omiſimus. Alij quatuoꝛ ſunt oꝛatio: lachꝛimarū effuſio: coꝛpoꝝ afflectio: elemoſynaruꝫ largitio. Vel octo dies poſſunt eſſe octo quoꝝ diligēs cōſideratio oēm voluntatē peccādi a nobis circūcidit: ita ꝙ qui vnū diligenter cōſiderauit vnā magnā dietam faciet: quoꝝ ſeptē numerat Ber. dicens. Septē ſunt de eſſentia hominis que ſi hō cōſideret in eternū nō peccaret: ſcꝫ materia vilis operatio turpis: exitus flebilis: ſtatꝰ inſtabilis: moꝛs triſtabilis: diſſolutio miſerabilis: ⁊ dānatio deteſtabilis. Et octauū poteſt eſſe cōſideratio gloꝛie ineffabilis. Quarta ratio ſumiť penes intellectū allegoꝛicuꝫ ſiue ſpiritualem: ⁊ ſm̄ hoc quinqꝫ dies erunt quinqꝫ libꝛi moyſi: in quibus cōtineť lex. Duo erūt ꝓphete ⁊ pſalmi: octauus dies erit doctrina euāgelica: ſed in ſeptem pꝛimis diebus non fiebat perfecta circūciſio in octauo auteꝫ ꝑfecta circūciſio fit ab omni culpa et ab omni pena: nunc in ſpe ſed tandeꝫ in re. ¶ Quare autē data fuerit circunciſio ſex ſunt cauſe que notantur in his verſibus. Cauteriū ſignū meritū medicina figura. Exemplum fuit olim circunciſio dura. De carne aūt circunciſionis dñi dr̄ ꝙ angelus eam Karolo magno attulit: et ipſe eam aquiſgrani in eccleſiam ſancte marie honoꝛifice collocauit. Karolus řo illam poſtea ferť caroſiū tranſtuliſſe: nunc autem dr̄ eſſe rome in eccleſia que dr̄ ſancta ſctōꝛuꝫ. vñ ⁊ ibidem ſcriptum legiť. Circunciſa caro chꝛiſti ſandalia clara. Atqꝫ vmbilici viget hic p̄ciſio chara vñ ⁊ ea die fit ſtatio ad ſctā ſctōꝝ. ſꝫ ſi hoc verū ē valde vtiqꝫ mirabile eſt. Cūqꝫ enim caro ipſa ſit de veritate hūane nature credimus ꝙ reſurgente xp̄o rediit ad locum ſuū gloꝛificatū. Aliqui dixerūt ꝙ hoc veruꝫ ſit iuxta opinionē illoꝝ q̄ dicūt illud ſolū eſſe de veritate humane nature. Quod ab adā traductū eſt ⁊ illud ſolū reſurgere. Notandum ꝙ olim a paganis et gentilibus in his kal'is multe ſuperſtitiōes obſeruabātur q̄s ſcti etiā a xp̄ianis vix extirpare potuerūt. Quas Augu. in quodā ſermone cōmemoꝛat. Credētes em̄ vt dicit ianum ducē quēdā deum eſſe eū in his kal'is plurimū venerabantur et ei duas facies figurabant vnā poſt ſe ⁊ vnam ante ſe: q: erat finis anni pꝛeteriti et pꝛincipium ſequentis. Rurſus in kal'is foꝛmas monſtruoſas aſſumebant alij veſtientes ſe pellibus pecudū: alij aſſumentes capita beſtiarū ex quo indicabant nō tam habitū ſe beluinū habere ꝙ̄ ſenſum. Alij tunicis muliebꝛibus veſtiebanť nō erubeſcētes incedere tunicis muliebꝛibꝰ militares lacertos. Alij ita auguria obſeruabāt vt focum de domo ſua vel aliud quodcūqꝫ bñficiū cuilibet petenti non tribuerēt. Diabolicas etiam ſtrenas ⁊ ab alijs accipiunt ⁊ alijs tradunt. Alij in nocte menſas laute pꝛeparant ⁊ ſic tota nocte manere ſinunt credētes ꝙ per totū annū cōuiuia ita ī tali cibi abūdantia ꝑſeuerant. Et ſubdit Aug. Qui de paganoꝛū cōſuetudine aliquid obſeruare voluerit timēdū eſt ne nomē chꝛiſtianum ei ꝓdeſſe nō poſſit. Qui etiam ſtultis hoībus ludentibus aliquā humanitatē impenderit peccati coꝛuꝫ participē ſe eſſe nō dubitet. Vobis aūt fratres non ſufficiat ꝙ hoc malū nō facitis: ſed vbicūqꝫ fieri videritis arguite ⁊ coꝛripite ⁊ caſtigate. hec Auguſti.

## ¶ De epiphania domini. xiiij. A



Epyphania dñi quadruplici decoꝛať miraculo. ⁊ ideo quadruplici vocabulo nūcupať. Hodie em̄ magi xp̄m adoꝛant. Joannes xp̄m baptizat: aquā in vinū xp̄s mutat: ⁊ quinqꝫ millia hoīm de qnqꝫ panibꝰ ſatiat. Cū em̄ ieſus eſſet tredecim dierū magi ad eum ſtella duce venerūt. Et inde dicitur epyphania ab epy quod eſt ſupꝛa ⁊ phanos qđ eſt apparitio: q: tūc deſuper ſtella apparuit ſiue ipſe chꝛiſtus ꝑ ſtellā que deſuꝑ viſa eſt magis verus deus demonſtratus eſt. Eadem die reuolutis viginti nouē annis cū iam annū triceſimū attigiſſet: quia habebat viginti nouē annos ⁊ tredecim dies erat em̄ incipiēs quaſi annorum triginta vt dicit Lucas vel ſm̄ Bedā habebat triginta annos plenos qđ ⁊ romanā eccleſiā tenere aſſerit tūc inquā in ioꝛdane baptizatus eſt. Et ob h̄ vocatur theophania a theos qđ eſt deus ⁊ phanos qđ eſt apparitio. q: tunc deus trinitas apparuit: pater in voce: filius in carne: ſpūſſanctus in colūbe ſpecie. Ipſo iterum die reuoluto vno anno cuꝫ eſſet triginta vel triginta vnius annoꝝ ⁊ tredecim dierum ⁊ aquā in vinū mutauit. Et ob h̄ vocatur bethphania a beth qđ eſt domus: quia in miraculo facto ī domo verus deus apparuit. Ipſo iterum die reuoluto anno cum eſſet annoꝝ trigita vnius vel triginta duoꝝ ⁊ tredecim dierū quinqꝫ millia hominū de quinqꝫ panibus ſatiauit ſicut dicit Beda: ⁊ ſicut dicitur in illo hymno q̄ in multis eccleſijs cātatur ⁊ ſic incipit. Illuminās altiſſimꝰ ⁊c. Et ob hoc vocatur phagiphania a phage qđ eſt bucca ſiue māducare. De hoc aūt q̄rto miraculo vtrū hac die ꝯtigerit dubitať: tū q: in oꝛiginali Bede non ſic expꝛ̄ſſe legiť: tū q: Jo. vj. vbi de hoc miraculo agitur dr̄. Erat autē pꝛimū paſcha ⁊c. Iſta ergo quadruplex apparitio iſta die facta eſt Pꝛima facta per ſtellā in pꝛeſepio. Scđa per vocem patris in ioꝛdanis fluuio. Tertia per mutationem aque in vinū in cōuiuio. Quarta per multiplicationem panum in deſerto. Pꝛima autem apparitio p̄cipue hodie celebꝛatur: et ideo eius hiſtoꝛiam pꝛoſequamur. B Nato enim dño tres magi hieroſolymā venerūt quoꝝ noīa in hebꝛeo ſūt. Appellꝰ Amerius Damaſcꝰ grece Galgalath Magalath Saracin. latine Gaſpar Balthaſar Melchioꝛ. Cuiuſmōi aūt magi fuerūt hi: triplex extat ſnīa ſm̄ ꝙ magus tripliciť dr̄. Magus enī dr̄ illuſoꝛ maleficus ⁊ ſapiēs dicūt ergo q̄dā hos reges ab effectu dictos fuiſſe magos. i. illuſoꝛes ex eo. ſ. ꝙ herodē illuſerūt: q: ad eum nō redierūt. vñ ⁊ dicitur de herode Vidēs ꝙ illuſus eēt a magis ⁊c. Magus iterū dr̄ maleficꝰ vñ malefici pharaōis dicūtur magi. Et iū dt Chꝛyſo. hos magos vocatos Dicit eī iſtos fuiſſe maleficos ſꝫ poſtea ꝯuerſos. Quibꝰ dñs voluit natiuitatē ſuā reuelare ⁊ eos ad ſe reducere vt ꝑ hoc peccatoꝛibꝰ venie ſpem pꝛeberet. Iterū magus idē eſt ꝙ ſapiēs. Nā grece magus hebꝛaice ſcriba. grece phs: latie ſapiēs dicit. Dicūtur ergo magi. i. ſapiētes. vñ ⁊ magi q̄ſi in ſapiētia magni. Venerūt ergo his tres ſapiētes ⁊ reges cum magno comitatu hieroſolymā. Sꝫ q̄riť q̄re magi hieruſaleꝫ venerūt cū ibi dñs natus nō ſit. Sup hoc aſſignat remigius q̄ttuoꝛ rōnes. Pꝛima q̄m magi tp̄s natiuitatis xp̄i agnouerūt ſꝫ locū ignoꝛauerūt: q: āt hieruſalē erat ciuitas regalis ⁊ ibi erat ſummū ſacerdotiū ſuſpicati ſunt ꝙ tā egregius puer nō niſi in regia ciuitate naſci deberet. Secūda vt citius natiuitatis locū diſcere potuiſſent cū ibi ſapiētes legis ⁊ ſcribe reſiderent. Tertia vt iudei inexcuſabiles manerēt: potuiſſent em̄ dicere. Nos quidē natiuitatis locum cognouimus: tp̄s aūt ignoꝛauimus ⁊ ideo nō credimus. Magi ergo oſtēderūt iudeis tp̄s ⁊ iudei magis locū. Quarta vt ſic ſtudio magoꝝ cōdēnareť pigritia iudeoꝝ. Nā illi vni ꝓphetie crediderūt iſti pluribꝰ credere noluerūt. Illi q̄rūt regē alienū. Iſti nō q̄runt ꝓpꝛiū. Illi venerunt de lōgiquo: iſti māſerūt in vicino. Iſti reges fuerunt ſucceſſoꝛes balaam ⁊ ad viſionem ſtelle venerunt pꝛopter illam pꝛophetiam patris ſui. Oꝛietur ſtella ex iacob et exurget homo de iſrael ⁊c. ¶ Aliam cām vnde iſti moti ſunt ad veniendum ponit Chꝛyſoſto. in oꝛiginali ſuper matth. aſſerens quoſdā dicere ꝙ quidā ſecretoꝛū inſpectores elegerunt de ſeipſis duodecim ⁊ ſi quis moꝛiebatur filius eius aut aliquis pꝛopinquoꝛū in eius loco ſubſtituebať. Hi ergo per ſingulos annos poſt mēſem aſcendebant ſuꝑ montē victoꝛialē ⁊ tribus diebus ibidem moꝛantes eleuabāt ⁊ adoꝛabant deuꝫ vt eis illā ſtellā quā balaam p̄dixerat oſtēderet. Quadā igitur vice. ſ. in die natalis dñi dum ſic ibidem manerent. ſtella quedā ad eos ſuper monteꝫ venit que habebat foꝛmam pulcherrimi pueri ſuper cuius capite crux ſplendebat que magos allocuta eſt dicens. Ite velocꝰ in terrā iuda ⁊ ibidē regē quē q̄ritis natū īuenietis. Tūc illi ꝯtinuo venire ceperūt. Sꝫ quō ī tā ꝑuo tpe. ſ. i. tredecī diebꝰ ꝑ tāta terraꝝ ſpatia venire potuerūt. ſcꝫ ab oꝛiente vſqꝫ in hieruſalē q̄ in meditulio mūdi dr̄ eſſe ſita. Dicendum eſt ſm̄ remigiū quoniam talis puer ad quem pꝛoperabant eos in tā bꝛeui ſpatio ꝑducere potuit. Vel poterit dici ſm̄ Hieronymū ꝙ ſuper dꝛomedarios venerunt qui ſunt animalia velociſſima qui tantū currunt vna die quantum equus in tribus vñ dicitur dꝛomedarius a dꝛomos qđ eſt curſus ⁊ ares quod eſt virtus. Cuꝫ ergo



hieroſolymā veniſſent interrogauerūt dicētes. Vbi eſt qui natꝰ eſt rex iudeoꝝ: Non interrogauerūt an natꝰ ſit: q: hoc credebāt. Sꝫ querūt vbi natꝰ ſit. Et quaſi aliquis interrogaſſet eos vnde ſcitis hūc regē natū eſſe. Rñderunt vidimus ſtellā eius in oꝛiēte et venimus adoꝛare eū. Hoc eſt. Nos exiſtētes in oꝛiēte ⁊ vidimus ſtellā eius id eſt eiꝰ natiuitatis oſtēſiuā. vidimus inqꝫ ſuꝑ iudeā poſitā. Vel nos exiſtētes in nr̄a regione vidimus ſtellā eius in oꝛiēte. i. in oꝛiētali parte his ꝟbis ſicut dicit Remigius in oꝛiginali verū hoīem ⁊ verū regē ⁊ verū deū cōfeſſi ſunt. Verū hoīeꝫ cū dixerūt vbi ē q̄ natꝰ ē: veꝝ regē cū aiūt. Rex iudeoꝝ veꝝ deū cū ſubiūgūt venimꝰ adoꝛare eū. Pꝛeceptū eī fuit vt nullꝰ niſi ſolꝰ deꝰ adoꝛareť. Sꝫ herodes h̄ audiēs turbatꝰ ē ⁊ oīs hieroſolyma cū illo Triplici de cā rex turbatus eſt. Pꝛimo ne iudei regē natū tanqꝫ ſuū reciperēt ⁊ ſe tanqꝫ alienigenā expellerēt. Vñ Chꝛyſoſto. ſicut ramū arboꝛis in excelſo poſitum: leuis etiam aura mouet ſic et ſublimes hoīes in culmine dignitatū exiſtētes leuis etiā fama cōturbat. Secūdo ne a romanis culpari poſſet ſi aliqs ibi rex vocaretur quē auguſtus non cōſtituiſſet. Sic enī oꝛdinauerant romani vt nullus deus vel rex ſine ſui licentia ⁊ imperio diceretur. Tertio quoniā ſicut dicit Grego. Celi rege nato rex terre turbatus eſt: q: nimirū altitudo terrena confunditur dum celſitudo celeſtis aperitur. Omis etiā hieroſolyma cuꝫ illo turbata eſt triplici de cauſa. Pꝛimo quia impij gaudere nequeunt de aduentu iuſti. Secūdo vt regi turbato adularentur ꝑ hoc ꝙ ſe ſimiliter turbatos oſtenderent. Tertio quia ſicut ſe ventis concutiētibus vnda concutiť: ſic ⁊ regibus adinuiceꝫ certantibus populus cōturbať. ⁊ ideo ex hoc timuerūt ne. ſ. pꝛeſenti ⁊ venturo rege adinuicem certantibus ipſi ꝑturbationibus inuoluerentur. Hec eſt rō Chꝛyſo. D Tunc herodes omnes ſacerdotes ⁊ ſcribas conuocans ſciſcitabatur ab eis vbi xp̄s naſceretur. Cum auteꝫ ab eis didiciſſet ꝙ in bethleeꝫ iude vocatis ad ſe clam magis diligēter ab eis didicit tempus ſtelle: vt videlicet ſciret quid faceret ſi ad ſe magi non redirent. Dixitqꝫ eis vt inuento puero ei renunciarēt ſimulans ſe velle adoꝛare quem volebat occidere. Et nota ꝙ cum magi hieroſolymam ingreſſi fuiſſet ſtelle ducatum amiſerunt: ⁊ hoc pꝛopter tres rationes. Pꝛima vt de loco natiuitatis chꝛiſti querere cogerentur. vt ſic de ipſius oꝛtu certificarentur: tam per ſtelle apparitionem ꝙ̄ per pꝛophetie aſſertionem ſicut ⁊ factum eſt. Secunda quoniam auxilium querētes humanum iuſte perdere meruerunt diuinum. Tertia quoniam ſigna infidelibus data ſunt ſm̄ apoſtolum: ſed pꝛophetia fidelibus: ⁊ ideo ſignum datū iſtis dum adhuc eſſent infideles non debuit apparere duꝫ eſſent inter iudeos fideles. Hec triplex ratio tangitur in gloſſa. Cum autem hieruſalem egreſſi fuiſſent ſtella antecedebat eos vſqꝫ dum veniens ſtaret ſupꝛa vbi era puer: De hac ſtella cuiuſmodi fuerit ſunt tres opiniones quas ponit Remigius in oꝛginali ſ. Quidam dicunt fuiſſe ſpiritumſanctum vt ille qui poſtmodū deſcendit ſuꝑ dñm baptizatuꝫ ī ſpecie colūbe appꝛuerit et magis ī ſpecie ſtelle. Alij

vt Chryſoſto. dicit̄ ꝙ fuerit angel⁹ vt ipe q̇ apparuit
paſtorib⁹ apparuit etiā ⁊ magis. Sꝫ ipis paſtoribus
iudeis tanꝙ rōne vtētib⁹ apparuit in forma rōnali:
gētilib⁹ ꝟo tanꝙ irrationabilib⁹ i ſpecie irrationabi
li. Alij qđ veri⁹ credit̄ ꝙ fuerit ſtella de nouo creata
que pacto ſuo miniſterio redijt in p̄iacentē materiā
Iſta aūt ſtella ſꝫ qđ dicit fulgēti⁹ differebat ab alijs
in trib⁹. ſ. in ſitu: q꞉ nō erat localit̄ ſita in firmamēto
ſed pendebat i meditulio aeris ꝓxio terre. In fulgo
re: q꞉ ceteris erat ſplēdidior: qđ inde pꝫ: q꞉ ſplēdorē
ei⁹ nō poterat ſplēdor ſolis obfuſcare: immo i meri-
die luciđiſſima appbat. In motu: q꞉ p̄cedebat ma-
gos more viatoris: nō eñ mouebat̄ motu circulari:
ſꝫ q̄ſi motu aīali ⁊ ꝓgreſſiuo. Alie tres differētie tā-
gūtur i glo. Mat. ij. q̄ incipit ſic. Hec ſtella dn̄ice na-
tiuitatis ⁊c. Prīa in origine: q꞉ alie in mūdi p̄ncipio
ſunt facte: hec nō. Scđa in officio q꞉ alie facte ſunt
vt ſint in ſigna ⁊ tp̄a: vt đ꞉ Gene. j. Hec aūt vt ma-
gis viā p̄beret. Tertia in duratiōe: q꞉ alie ſunt ꝑpe-
tue. Hec cōpleto officio ſuo redijt i materiā p̄iacen-
tē. E Cum aūt ſtellā vidiſſent gauiſi ſunt gaudio
magno valde. Notādū ꝙ quintuplex eſt ſtella quam
iſti magi viderūt ſcꝫ ſtella materialis: ſtella ſpiritua-
lis: ſtella intellectualis: ſtella rationalis: ⁊ ſtella ſuper
ſubſtātialis. Primā ſcꝫ materialē viderūt in oriēte.
Scđaꝫ ſcꝫ ſpūalē q̄ eſt fides viderūt i corde. Niſi eni
hec ſtella: ſcꝫ fides i eoꝝ corde radiaſſet: nequaꝙ ad
viſionē prīe ſtelle veniſſent. Habuerūt eñ fidē de ei⁹
humanitate cū dixerūt. Ubi eſt q̇ nat⁹ eſt. Et de ei⁹
regali dignitate: cum dixerūt. Rex iudeoꝝ. Et de ei⁹
deitate: cū dixerūt. Uenimus adorare eum. Tertiam
ſcꝫ intellectualē q̄ eſt angel⁹ viderūt in ſomno quan-
do ꝑ angelum ſunt moniti ne redirēt ad herodē. Li
cet ſm̄ quandā gloſſaꝫ non angelus ſꝫ ipe dn̄s eos
admonuerit. Quartā ſcꝫ rōnalē: que fuit btā ꝟgo vi
derūt in diuerſorio. Quintam ſcꝫ ſuperſubſtātialeꝫ:
que fuit xp̄s viderūt i p̄ſepio. Et de hac duplici dici
tur. Intrantes domū inuenerūt puerū cum maria
matre ei⁹. Quelibet aūt iſtaꝝ dicit̄ ſtella. De prima
Pſal. Lunā ⁊ ſtellas que tu fūdaſti. De ſcđa. Eccl'.
xliij. Species celi. i. celeſtis hoīs gloria ſtellaruꝫ. i. vir
tutum. De tertia baruch tertio cap. Stelle autem
dederunt lumē in cuſtodijs ſuis vocate ſunt ⁊c. De
quarta. Aue maris ſtella. De quinta apocalypſis vl
timo. Ego ſum radix ⁊ genus dauid. ſtella ſplēdida
⁊ matutina. Propter viſionē prime ⁊ ſcđe ſtelle ma
gi gauiſi ſunt. Propter viſionem tertie ſtelle gauiſi
ſunt gaudio magno. Propter viſionem quinte ſtel-
le gauiſi ſunt gaudio magno valde. Uel ſicut dicit.
Glo. Ille gaudet gaudio qui de deo gaudet qui eſt
verum gaudium: ⁊ addit magno: q꞉ eo nihil eſt ma-
ius ⁊ valde: quia de magno pōt alius plus alius mi
nus gaudere. Uel per horum verboꝝ exaggregatio
nem voluit oſtendere euāgeliſta ꝙ hoīes plus gau-
dent de rebus ꝑditis et iterum inuentis ꝙ̄ de ſemꝑ
poſſeſſis. F Cūqꝫ domūculā intraſſent ⁊ pueruꝫ
cum matre inueniſſent: flexis genibus ei ſinguli hec
munera obtulerūt. ſcꝫ aurū tus ⁊ myrrhā. Hic ex
clamat Aug. dicens O ſtupenda infantia cui ⁊ aſtra
ſubdunt̄. Cui⁹ eſt ille magnitudinis ⁊ ſuꝑne glorie

ad cuius pānos ⁊ angeli excubant ⁊ ſydera obſecū-
dant: ⁊ reges trepidant ⁊ ſectatores ſapientie genu-
culāt. O btm̄ tuguriuꝫ. O ſedes dei ſcđa poſt celū vbi
nō lucerna lucet: ſꝫ ſtella. O celeſte palatiū in quo ha
bitat nō rex gēmatus ſꝫ deus incorporat⁹ cui erant
ꝓ mollibus thoris dura p̄ſepia ꝓ laquearib⁹ aureis
fuliginea culminis tecta: ſed ſyderis obſequio deco-
rata. Stupeo cum video pānos ⁊ ītueor celos eſtuo
cū aſpicio in p̄ſepio mēdicū ⁊ ſuꝑ aſtra p̄clarū. Iteꝫ
Benar. Quid facit̃ O magi Quid facit̃. Lactētē pu
erū adorat̃ i tugurio vili ī vilib⁹ pānis q̄ ne de⁹ ē iſte
q̇d facitis ꝙ aurū offertis: q̄ rex eſt iſte. Et vbi aula
regia vbi thronus vbi curie regalis frequētia. Nun-
quid aula eſt ſtabulū thronus p̄ſepiū curie freque-
tia ioſeph ⁊ maria. Iſti inſipiētes facti ſunt: vt fierēt
ſapientes. De hoc ēt ſic dicit Hilarius in libro ſcđo
de trinitate. Parit virgo ſꝫ partus adeo eſt. Infās
vagit laudātes angeli audiūtur: pāni ſordēt de⁹ ado
rat̄. itaqꝫ poteſtatis dignitas nō amittit̄ dū carnis
humilitas predicat̄. Ecce quomō in xp̄o puero non
tātū fuerūt humilia ⁊ infirma: ſꝫ etiā diuinitatis ſub
lima ⁊ excelſa. De hoc iterū dicit Hieronymus ſu-
ꝑ epiſtolā ad hebreos. Reſpice cunas xp̄i: vide parit̄
⁊ celū. Uagiētē in p̄ſepio intueris infantē ſꝫ ange-
los ſimul auſcultas laudātes. Herodes p̄ſequit̄: ſꝫ
adorant magi. Ignorāt pharīſei: ſꝫ ſtella demōſtrat
Baptizat̄ a ſeruo: ſed vox dei deſuꝑ tonātis audit̄
A quis īmergit̄: ſꝫ colūba deſcendit: immo ſpūſſā
ctus in colūba. B Quare aūt magi hmōi munera
obtulerūt multiplex eſt rō. Prima qm̄ traditio an-
tiquorum fuit: vt dicit remigius vt nullus ad deum
vel ad regem vacuus introiret. Perſi autem ⁊ chal
dei talia munera conſueuerant offerre. Iſti auteꝫ vt
dicitur in hiſtoria ſcholaſtica venerūt de finibus per
ſarum et chaldeorum: vbi eſt fluuius ſaba a quo et
ſabea dicitur regio. Secunda que eſt Benardi: quo
niam beate virgini aurum obtulerunt ꝓpter inopie
ſubleuationē. tus propter ſtabuli fetorem. myrrham
propter membrorum pueri conſolidationē ⁊ malo-
rum vermium expulſionē. Tertia quoniam aurū ad
tributum. tus ad ſacrificium. myrrha ad ſepulturam
pertinēt mortuorum. Per hec tria ergo in chriſto
intimatur regia poteſtas diuina maieſtas ⁊ humana
mortalitas. Quarta quoniā auruꝫ ſignificat dilectio
nem: tus orationem: myrrha carnis mortificationeꝫ.
Et hec tria chriſto debemus offerre. Quinta quoni-
am per hec tria ſignificantur tria que erant i chriſto
ſcꝫ diuinitas pretioſiſſima: anima deuotiſſima: et ca
ro integra ⁊ icorrupta. Hec tria ſignificabant̄ ꝑ illa
tria que erant in arca. Nam virga que floruit caro
chriſti que reſurrexit. Pſal. ⁊ refloruit caro mea ⁊c.
Tabule vbi erāt ſcripta p̄cepta. aīa in qua ſunt oēs
theſauri ſciētie ⁊ ſapiētie dei abſconditi. Māna dei
tas que hꝫ oēm ſaporē ⁊ oēm ſuauitatem. Per au-
rū ergo quod eſt p̄tioſius oībus metallis intelligit̄
diuinitas pretioſiſſima. Per tus aīa deuotiſſima
q꞉ tus ſignificat deuotionem ⁊ orationē. pš. Diriga
tur oratio ⁊c. Per myrrhā que cōſeruat a corruptio
ne caro incorrupta. Admoniti auteꝫ magi in ſomnis
ne redirēt ad herodē: ꝑ aliā viam reuerſi ſunt in re-



gionem ſuam. Ecce q̄uo magi profecerūt. Naꝫ ſtella
duce venerūt ꝑ homines immo ꝑ ꝓphetiam edocti
fuerūt: angelo duce redierūt ⁊ in xp̄o quieuerūt. Ho
rum corpora in mediolani eccleſia que nūc eſt fratrū
ordinis nr̄i. ſ. fratrū p̄dicatoꝝ quieſcebāt: ſꝫ nūc colo
nie requieſcunt. Nā eoꝝ corpora primo ꝑ helenā cō
ſtātini matrē rapta in ꝯſtantinopolim traſlata: poſt
ea per ſctm̄ euſtorgiū epm̄ mediolanum ſunt trāſla-
ta. Sed ꝑ henricū imperatorem poſtꝙ̄ mediolanuꝫ
poſſedit in coloniaꝫ ſuper rhenū fluuiū ſunt delata
vbi in magna reuerētia ⁊ ppl'i deuotione coruſcant.

¶ De ſancto paulo eremita. xv. A



PAulus primus eremita vt teſtat̄.
Hiero. qui eius vitā conſcripſit
feruente decij p̄ſecutione eremū vaſtiſ
ſimā adijt ibiqꝫ in q̄dā ſpelunca. lx. an-
nis hoīb⁹ incognitus permāſit. Iſte
aūt deci⁹ dicitur fuiſſe galen⁹ qui fuit
binomi⁹ qui cepit anno domini. cclvj.
Uidēs eñ ſanctus paulus xp̄ianis tot tormentoruꝫ
genera irrogari in eremū aufugit. Eo ſiquideꝫ tꝑe
duo iuuenes xp̄iani cōprehendūtur: quorū vnus to-
to corpore melle perungitur: et ſub ardore ſolis acu
leis muſcarū ⁊ ſcabronū ⁊ veſparum lacerandus ex-
ponitur. Alter ꝟo nobiliſſimo lecto imponitur: et in
loco ameniſſimo collocatur. vbi aer̃ erat temperies
riuorum ſonitus cātus auium: ⁊ florū olfactus ſumi
bus tñ floreis coloribus obtectis ſic iuuenis cingit̄
vt manibus vel pedibus ſe iuuare non poſſet. Adeſt
quedā iuuēcula corpore pulcerrima et impudica. Ac
impudice tractat iuuenem dei amore repletū. Cum
auteꝫ ille in carne motus cōtrarios rationi ſenſiſſet
nō habēs arma quibus ab hoſte ſe eruat: linguā ꝓ-
priā dētibus ſuis incidit ⁊ in faciē impudice expuit
⁊ ſic tentationē dolor fugauit: ⁊ tropheum laude di-
gnū ꝓmeruit. Horū et alioꝝ penis ſanctus paulus
territus eremuꝫ petijt. B Eo tēpore cuꝫ antonius
primum ſe inter monachos eremicolā cogitaret. in-
ſomnis aliū ſe multo meliorē eremū incolere edoce-
tur. Qui dū eū per ſyluas inquireret obuiuꝫ habuit
ypocētaurū hoīeꝫ equo mixtū qui ei viā dexterā de-
mōſtrauit. Poſtmodū obuiū habuit aīal ferēs fru-
ctus palmarū ſupra imagine hoīs inſignitū deorſuꝫ
ꝟo capre formā habēs. Qui dū ipſum per deū cōiu-
raret vt ſibi diceret quis eſſet: reſpōdit ſe eſſe ſatyrū
deū ſiluarū ſm̄ errorē gentiliū. Poſtremo obuiauit
ei lupus qui eū ad cellā ſancti pauli perduxit. Pau
lus autē antoniū preſentiēs oſtiū ſera clauſit. Anto
nius ꝟo rogat vt ſibi aperiatur aſſerēs ſe nunꝙ̄ in-
de receſſurū: ſed ibi poti⁹ moriturū. Uict⁹ paulus ei
aperuit: ſtatimqꝫ ambo in amplexus ruūt. Cūqꝫ ho-
ra prādij adeſſet coruus duplicatā panis partē attu
lit. Cūqꝫ de hoc antonius miraret̄. rn̄dit paulus ꝙ
deus ſibi omni die taliter miniſtrabat: ⁊ prebendam
ꝓpter hoſpitē duplicauerat. Pia lis orit̄ q̇s magis
dign⁹ eſſet panē diuidere. Defert paulus hoſpiti et
antonius ſeniori. Tandē vterqꝫ manuꝫ apponūt ⁊ in
equas partes panē diuidūt. Cū aūt antoni⁹ rediēs
iā celle ſue appropinquaret: vidit angelos aīam pau
li deferētes qui rediēs velociter inuenit corp⁹ pau-

li flexis genibus in modū orantis erectū: ita vt ipuꝫ
viuere eſtimaret. Sed cum ipſum mortuum didiciſ-
ſet ait. O ſctā aīa qđ gerebas in vita: in morte mon-
ſtraſti. Cū aūt nō haberet vñ ſepulturā faceret ecce
duo leones aduenerūt: ⁊ foueā parauerūt: ſepultoqꝫ
eo ad ſyluā redierūt. Antoni⁹ aūt tunicā pauli ex pal
mis ꝯtextā aſſumpſit qua poſtmodū in ſolēnitatib⁹
vtebat̄. Obijt aūt circa annum dn̄i. cclxxxvij.

¶ De ſancto remigio. xvj. A

REmigius đ꞉ a remi qđ eſt paſcēs ⁊ geos qđ eſt
terra quaſi paſcens terrenos doctrina. Uel re
migius đ꞉ a remi qđ eſt paſtor: et gyon qđ eſt lucta-
tio quaſi paſtor ⁊ luctator. Pauit eñ gregem ſuum
verbo p̄dicatiōis: exēplo cōuerſatiōis: ſuffragio ora
tionis. Eſt etiā triplex genus armorū. ſ. defenſionis
vt ſcutū: pugnatiōis vt gladius: munitionis vt lori-
ca ſeu galea. Luctatus eſt igitur cōtra diabolū ſcu-
to fidei gladio verbi dei ⁊ galea ſpei. Eius vitā igna
rus remenſis archiepiſcopus ſcripſit. B



REmigi⁹ doctor egregi⁹ ⁊ ꝯfeſſor
dn̄i glorioſus a quodaꝫ eremita
naſci taliter eſt preuiſus. Cū eñ vuan
dalorum perſecutio totā franciā deua
ſtaſſet quidā recluſus vir ſanctus qui
lumē oculorum amiſerat ꝓ pace eccle-
ſie gallicane crebris orationibus domi
nū exorabat. Et ecce angelus dn̄i in viſu ei aſtitit ei-
qꝫ dixit. Scito ꝙ mulier illa noīe Cilina filiū noīe re
migiū generauit qui gentē ſuā a maloꝝ incurſibus
liberabit. Cūqꝫ euigilaſſet ſtatim ad domū ciline ve
nit ⁊ qđ viderat enarrauit. Cūqꝫ illa nō crederet eo
ꝙ anus iam eſſet. Ille reſpōdit. Scias ꝙ cū pueruꝫ
ablactaueris oculos meos de lacte tuo perunges et
continuo mihi viſum reſtitues. Cūqꝫ per ordinē hec
oīa cōtigiſſent remigius mundū fugit ⁊ recluſoriuꝫ
intrauit. Creſcēte autē eius fama cum eſſet viginti-
duorū annorū ab omni populo archiep̄s remēſis eſt
electus. Tāte autē māſuetudinis fuit ꝙ etiā ad men
ſam eius paſſeres veniebāt: ⁊ de manu ei⁹ reliquias
ciborum comedebāt. Quodam tempore cum in do-
mo cuiuſdā matrone hoſpitatus fuiſſet: ⁊ illa modi
cum vini haberet: remigius cellarium introiuit ⁊ ſu
per dolium crucē fecit. Cūqꝫ ibidem oraſſet mox de-
ſuper vinum egreditur ita ꝙ per mediū cellarij fun-
debatur. Cum autem clodoueus rex francie tunc tē
poris gentilis eſſet: nec ab vxore ſua xp̄ianiſſima cō-
uerti poſſet: videns ꝙ infinitus exercitus alemano-
rum ſuper ſe veniſſet dn̄o deo quē vxor ſua colebat
votum vouit ꝙ ſi ſe de alemanis victoriā ſibi concede
ret mox fidem xp̄i reciperet. Quod cum fuiſſet ad li-
bitum conſecutus beatum remigium adiit et ſe ba-
ptizari popoſcit. Cūqꝫ ad fontē baptiſmatis aduc-
niſſent: nec ibidem factum chriſma haberēt: ecce co-
lumba quedam ampullam cum chriſmate in roſtro
detulit: de quo regem pontifex liniuit. Hec autē am
pulla in remenſi eccleſia ſeruatur: ⁊ inde vſqꝫ hodie
reges francie inunguntur. C Poſt longum tem-
pus cū genebaldus vir prouidus nepteꝫ beati remi
gij in vxorem haberet et ſe religionis cauſa mutuo
abſoluiſſent predictum genebalduꝫ beatus remigi⁹

lauduñ epiſcopũ ordinauit. At genebaldꝰ cũ vxorẽ ſuã cã inſtruendi ad ſe ſepiꝰ venire ꝑmitteret ex frequẽti colloquio animus eiꝰ in cõcupiſcẽtia inflãmat̃ ⁊ vſqꝫ in peccatũ ſecũ ꝓlabitur. Que cõcipiens ⁊ filiũ pariẽs hͦ epo intimauit ⁊ ille cõfuſus ad eã remãdauit dicens. Qm̃ puer de latrocinio acquiſitꝰ eſt. volo vt latro vocet̃. Ne aũt ſuſpitio aliqua audiret̃ vxorez ſuã ſicut priꝰ ad ſe venire ꝑmiſit. Verũtamẽ poſt primi peccati fletũ: ſecũ ruit iterũ in peccatũ. Que cũ filiã peperiſſet: ⁊ hoc epo retuliſſet: ille reſpõdit. Illam filiã vulpeculam nominate. Tandẽ ad ſe reuerſus beatũ remigiũ adijt ⁊ ad pedes ſuos procidens ſtolam de collo ſuo deponere voluit. Quod cum ſanctus remigius prohibuiſſet: et ab eo quid acciderit audiuiſſet: blãde eũ conſolans ipſum in quadam cellula parua per ſeptem annos reclufit et ipſe interim eccleſiã eius gubernauit. Septimo igitur anno cum in cena dñi in oratione perſiſteret angelus dñi eidez aſtitit ⁊ peccatum ſuũ ſibi dimiſſum perhibuit: ac vt foras exire debeat imperauit. Cui cũ reſpõdiſſet nõ poſſum qm̃ dñs meus remigius oſtium hoc clauſit ⁊ ſigillo ſuo muniuit. Angelus ait. Ecce vt ſcias tibi celũ aptũ eſſe hoc etiã oſtiũ ſaluo ſigillo nũc aperit̃. Statimqꝫ vt dixerat eſt apertum. Tunc genebaldus iactans ſe in mediũ oſtij in modũ crucis ait. Etiaz ſi dñs meus ieſus xp̃s ad me veniret huc: hinc nõ egrediar niſi dñs meus remigius huc veniat qui me recluſit. Tunc ſanctus remigius ad monitionem angeli laudunũ venit ⁊ ipſuz in locũ ſuuz reſtituit. Qui vſqꝫ ad obitũ ſuũ in ſanctis operibus perſeuerauit et latro filius eius in epiſcopatu eidẽ ſucceſſit. qui etiã ſanctus fuit. Tandem ſanctus remigius multis clarus virtutibus in pace quieuit circa annuz dñi quingenteſimum. Eodem die celebratur natalis ſancti hylarij pictauorum vrbis epiſcopo.

## De ſancto hylario epiſcopo. xvij.

A Hylarius dictus eſt quaſi hylaris qui in ſeruitute dei valde hylaris fuit. Vel dicitur hylarius quaſi alarius ab alius ⁊ ares virtus: quia fuit alius, in ſcientia et virtuoſus in vita. Vel hylarius dicitur ab ile qđ eſt quaſi primordialis materia que obſcura fuit: ⁊ ipſe in dictis ſuis habetur magnam obſcuritatem ⁊ profunditatem.

B 

Hylarius pictauoꝝ vrbis ep̃s regionis aqtanie oriũdꝰ quaſi lucifer refulgens inter aſtra ꝓceſſit. Hic vxorẽ primitꝰ habẽs ⁊ filiã in laicali habitu monaſticã vitã ducebat. Tãdez in vita ⁊ ſciẽtia ꝓficiẽs ĩ ep̃um eſt electus. Cui igit̃ btũs hylariꝰ nõ ſolũ ciuitatẽ ſuã: ſed totã franciaz ab hereticis defenſaret ad ſuggeſtionẽ duorũ epoꝝ qui ab hereſi fuerãt deprauati ab imperatore qui hereticoꝝ fautor erat cũ beato euſebio vercelleñ. epo eſt in exiliũ relegatus. Deniqꝫ cũ vbiqꝫ arriana hereſis pullularet ⁊ ab imperatore licẽtia data eſſet: vt oẽs epi cõuenirẽt ⁊ de veritate fidei diſputarent. Cũ ſanctus hylarius aduenifſet ad petitionẽ dictoꝝ epoꝝ qui eius eloquentiã ferre nõ poterãt pictauiã redire cõpellitur. Cũ aũt ad inſulã gallinariã q̃ tota erat plena ſerpẽtibꝰ appropinquaſſet ⁊ in ipſaz deſcẽdiſſet: oẽs ſerpẽtes ex ſua viſiõe fugerunt: ⁊ in medio inſule palũ fixit: nec ampliꝰ libertas data eſt illis occupare qđ vetuit tanq̃ pars inſule non ſit terra: ſed pelagus. Cũ ergo pictauis eſſet quẽdã infantẽ ſine baptiſmo defunctũ ſuis orationibus ad vitã reſtituit. Nã tãdiu iacuit in puluere donec pariter ſurgerent ſenex de oratione et infans de morte. Cũ aũt filia eius apia maritum vellet accipere hylarius pater eius ei predicauit et in ſacre virginitatis ꝓpoſito cõfirmauit. Quã dũ ille firmã ꝯſiderans ⁊ ne aliqñ flecteretur. Formidãs dñm inſtãtius exorauit vt eã ad ſe reciperet nec vltra viuere permitteret. Qđ ⁊ factũ eſt. Nam poſt paucos dies ad dñz migrauit quã ipſe ꝓprijs manibꝰ ſepeliuit. Qđ mater beate apie cõſiderãs ep̃m rogauit vt ſibi qđ ⁊ filie impetraret. Qđ ⁊ fecit ⁊ ipſaz ĩ oratiõe ſua ad regnũ premiſit. C Eo tp̃e leo papa hereticorũ perfidia deprauatus oĩm epoꝝ cõciliũ cõuocauit. Quibꝰ cõuocatis hylarius nõ vocatus aduenit. Quod audiens papa p̃cepit ne aliquis ſibi aſſurgeret nec aliquẽ locũ daret: cũ ergo ingreſſus fuiſſet dixit ad eũ papa. Tu es hylarius gallus. Et ille. Non ſum gallus: ſed de gallia id eſt non ſuz in gallia natus: ſed de gallia epiſcopus. Cui papa. Et ſi tu es hylarius de gallia ⁊ ego ſum leo romane ſedis apoſtolicus ⁊ iudex. Cui hylarius. Et ſi ſis leo non tamẽ de tribu iuda ⁊ ſi iudicans reſides: ſed non in ſede maieſtatis. Tũc papa cum indignatione ſurrexit dicens. Modicũ preſtolare donec redeam: ⁊ ibi quod mereris reddam. Cui hylarius. Si non redieris quis mihi pro te reſponſurus erit. Et ille. Concitus redibo ⁊ tuaz ſuperbiã humiliabo. Cum ergo papa ad ſecreta ſue nature iuiſſet diſſynteria perijt ⁊ oĩa inteſtina ibidẽ proijciens miſerabiliter vitã finiuit. Interea videns hylarius ꝙ nullus ſibi aſſurgeret patiẽter ferens in terrã ſe poſuit dicens. Domini eſt terra. Statimqꝫ nutu dei terra quam intenderat ſurſum ſe extulit et vſqꝫ ad equalitatẽ alioꝝ epiſcoporuz ſe leuauit. Cũ igitur papa miſerabiliter nunciaretur defunctus aſſurgens hylarius omnes ep̃os in fide catholica confirmauit ⁊ cõfirmatos ad ꝓpria remiſit. Hoc autem miraculũ de morte leonis pape dubitationez habet: tũ q: hiſtoria eccleſiaſtica vel tripartita nihil de hoc loquit̃: tũ q: aliquẽ papã talis nois tũc fuiſſe chronica nõ teſtatur: tum q: hieronymus dicit ꝙ ſancta romana eccleſia ſemꝑ immaculata ꝑmãſit: ⁊ in futuro manebit ſine vlla hereticorũ inſultatiõe. Poſſet tñ dici ꝙ tũc erat aliquis papa ſic vocatus nõ quidẽ canonice electus: ſed tyrãnice intruſus. Vel forte liberius papa qui Cõſtantino heretico fauebat alio nomine dictus eſt leo. Tandẽ multis miraculis perpetratis cũ beatus hylarius infirmatus obitũ ſuũ imminere cognoſceret. leontiũ preſbyterũ quẽ maxime diligebat ad ſe vocauit et nocte imminente vt foris exeat admonuit: et ſi quid audiret vt renũciet imperauit. Ille iuſſa complens voces adhuc ciuitatis tumultuantis ſe audiſſe reuertens expoſuit: et cum circa eum vigilaret finem eius expectans media nocte iterum iubetur exire: et quid audiret iacenti referret. Qui cuz ſe nihil audiſſe renunciaſſet mox nimia claritas quã etiam predictus preſbyter ſufferre non poterat ad eum intrauit ⁊ ſic paulatim recedente lumine ad dñm migrauit. Floruit aũt circa annum dñi cccxl. ſub Conſtantino. Feſtũ huius ſcti eſt in octaua epyphanie. Cum duo mercatores maſſam cere cõiter haberent ⁊ vnus altero renitente eam ad altare ſancti hylarij obtuliſſet ſtatim ꝑ mediũ diuiſa pars vna ſibi remanſit: reliqua renitenti deuenit.

## De ſancto machario. xviij.

A Macharius dr̃ a macha qđ eſt ingeniũ ⁊ ares virtus. Vel dicit̃ a macha qđ eſt ꝑcuſſio ⁊ rio magiſter fuit eñ ingenioſus cõtra demonis fallaciã virtuoſus quãtũ ad vitã: percuſſor in domatiõe corporis: magiſter in regimine prelationis. Vel macharius id eſt beatus.

B 

Macharius abbas deſcẽdit ꝑ vaſtitatẽ deſerti ⁊ intrauit dormire in monumẽto vbi ſepulta erant corpora paganoꝝ ⁊ extraxit vnũ corpus ſub caput ſuũ tanq̃ plumaciũ. Demones autẽ volẽtes eũ terrere vocabant quaſi mulierem dicentes. Surge veni nobiſcũ ad balneũ. Et alter demon ſub ipſo tanq̃ ex mortuo illo dicebat. Peregrinũ quendã habeo ſuꝑ me nõ poſſum venire. Ille aũt nõ expauit ſed tundebat corpus illud dicens. Surge ⁊ vade ſi potes. Et audientes demones fugerũt voce magna clamãtes. Viciſti nos dñe. Dum aliqñ abbas macharius a palude ad cellam ſuam preteriret occurrit ei diabolus cũ falce meſſoria: ⁊ volens eũ cuz falce percutere nõ potuit. Et dixit ei. Multã violẽtiam patior a te machari: q: nõ poſſum ꝓualere aduerſuz te. Ecce eĩ quicquid tu facis ⁊ ego facio. Ieiunas tu ⁊ ego penitus non comedo. Vigilas tu ⁊ ego oĩno non dormio. Unũ eſt ſolũmodo in quo me ſuperas. Et dicit abbas qđ eſt. Cui ille. Humilitas tua per quam nõ preualeo aduerſum te. Dũ tentatiões ipſum nimiũ moleſtarẽt: ſurgẽs ⁊ magnũ ſaccum arene humeris ſuis imponẽs diebus multis ſic per deſertum ibat. Quem thoſebius inueniens dixit. Abbas cur tantũ onus portas. ⁊ ille Vexo vexantem me. Abbas macharius vidit ſathanã trãſeuntẽ in habitu hominis ⁊ habentẽ veſtimẽtum lineũ laceratũ: ⁊ per oĩa foramina dependebant ampulle et dixit ei. Quo vadis. Cui ille vado potiuare fratres. Cui machariꝰ. Quare tot ampullas portas. Rñdit. Guſtũ fratribꝰ porto ⁊ ſi vnũ alicui nõ placebit offerã aliud vel tertiuz ⁊ ſic ꝑ ordinẽ vt aliqđ placebat. Et cuz rediret dixit ei machariꝰ. Quid feciſti. Rñdit. Omnes ſanctificati ſunt ⁊ nemo mihi acquieuit: niſi vnus q̇ vocat̃ theoſtitus. Surgẽs aũt macharius illuc iuit ⁊ fratrem tẽtatũ inueniẽs ſua eũ exhortatione conuertit. Poſt hec iterũ eũ macharius inueniens dixit. Quo vadis. Cui ille. Ad fratres vado. Reuertenti occurrit ſenex ⁊ dixit q̇d faciũt fratres illi. Cui diaboluꝰ. Male. Et dixit. Quare: q: oẽs ſcti ſunt: ⁊ qđ eſt maius malum vnũ quẽ habebam amiſi ⁊ oĩbus ſanctior factus eſt. Audiẽs hoc ſenex grãs egit deo. Quodã die macharius caput defuncti reperit: ⁊ dũ oraſſet interrogauit illud cuius caput fuerat. Et rñdit ſe fuiſſe paganum. Et dixit ei macharius. Ubi eſt aĩa tua. Rñdit. In inferno. Cũqꝫ requireret ſi multũ in ꝓfundo eẽt rñdit ꝙ tantũ in ꝓfundo erat quãtum diſtaret terra a celo. Cui macharius. Sunt ne aliq̇ te ꝓfundiores. Rñdit etiã iudei. Cui iterũ ille. Et vltra iudeos ſunt ne aliq̇ ꝓfundiores. Cui ille. Profundiores oĩbus ſunt falſi chriſtiani qui chriſti ſanguine redẽpti tãtũ pretiũ paruipenderunt. C Dũ ꝑ quãdã ſolitudinẽ ꝓfundiſſimã ꝑgeret ad quodlibet milliare arũdinẽ figebat vt poſtmodũ redire ſciret. Sed dum iam nouẽ dietas feciſſet ⁊ in quodã loco quieſceret: diabolus oẽs arũdines collegit: ⁊ ad caput eiꝰ poſuit. Vñ ad redeũdũ plurimũ laborauit. Frater quidam plurimũ cogitationibꝰ ſuis moleſtabat̃: ꝙ ſ. in cella ſua inutilis eẽt ſed ſi inter hoĩes habitaret multis ꝓdeſſe poſſet. Qui cũ cogitatiões ſuas machario retuliſſet. ille ait. Fili ſic illis rñde Hoc ſaltem facio: q: propter xp̃m parietes iſtius celle cuſtodio. Dũ quẽdam culicẽ ſe pungentẽ manu occidiſſet: ⁊ multũ de illo ſanguinis emanaſſet reprehenſus ꝙ propriã vindicaſſet iniuriam nudus ſex mẽſibꝰ in deſerto manſit ⁊ inde a ſcabronibus totus laceratꝰ exiuit. Poſt hoc multis claris virtutibus in pace quieuit.

## De ſancto felice in pincis. xix.

A 

Felix prenomine in pincis dr̃ vel a loco in quo requieſcit vel a ſubulis qbꝰ paſſus perhibet̃. Nã pinca ſubula dr̃. Aiunt eñ ꝙ cum magiſter pueroꝝ extiterit: ⁊ eis nimiũ rigidus fuerit: tentꝰ a paganis cũ chriſtũ libere ꝯfiteret̃ traditꝰ fuit ĩ manibꝰ puerorũ quos ip̃e docuerat: q̇ eũ cũ ſtilis ⁊ ſubulis occiderũt. Eccl'ia tñ tenere vr̃ ꝙ nõ martyr extitit ſꝫ cõfeſſor. Hic ad q̇dcunqꝫ idolũ ducebat̃ vt ei ſacrificaret: ĩ illud exſufflabat ⁊ ꝯtinuo corruebat. Legit̃ aũt in q̃dã alia legẽda ꝙ dũ maximꝰ nolanꝰ ep̃s ꝑſecutionẽ fugiẽs. fame ⁊ gelu afflictꝰ ſolo corruiſſet felix ab angelo ad eũ mittit̃: ⁊ cũ nihil ibi ſibi haberet: de ſente ꝓxima pẽdentẽ vidit racemũ: de quo ĩ os eiꝰ expſſit vinũ: humeriſqꝫ ĩpoſitũ ſecũ detulit. Ip̃o igit̃ defuncto felix in ep̃m elegit̃. Qui poſt dũ p̄dicaret ⁊ perſecutor eũ q̃reret ĩter parietes dirutos ꝑ modicũ aditũ ſe occultauit. Staticꝫ nutu dei ꝑ aditũ illũ telas aranee texuerũt: q̃s dũ ꝑſecutores cõſpiciũt neminẽ illic eẽ putãtes abſcedũt. Inde aũt ad aliũ locũ ſanctus felix ꝑgẽs a q̃dã vidua ꝑ tres mẽſes alimẽta ſuſcepit: nũq̃ tñ faciẽ eiꝰ vidit. Tandẽ pace reddita ad eccl'iaz ſuã redijt: ⁊ ibi in pace reqeuit: ſepultꝰ iuxta vrbẽ in loco qui dicit̃ pincis: huic ⁊ alius erat frater qui felix ſilr̃ dicebat̃. Cũqꝫ etiã ipſe idola adorare cogeret̃ dixit. Inimici eſtis deoꝝ veſtroꝝ: q: ſi me ad illos duxeritis: in eos ſicut frater meus exſufflabo ⁊ corruent. B Excolebat aũt ſctũs felix ortuz: quidã ꝗ̃o olera eius rapere cupiẽtes: dũ furtũ ſe facere cogitabãt: tota nocte ortũ diligẽtius excolebãt. Mane aũt a ſancto felice ſalutati pctm̃ ſuũ ꝯfitẽtes ad propria redierũt. Veniẽtes aũt gẽtiles vt ſactũ felicẽ tenerẽt manus eoꝝ dolor nimis apprehẽdit. q̇ cũ vlu

larẽt dixit eis. Dicite xp̃s eſt deus: ⁊ dolor cõtinuo
vos dimittet quibꝰ dicentibus ſanati ſunt. Ponti⸗
fex idoloꝝ ad eũ venit dicẽs. Dñe ecce deus meꝰ vt
te veniẽtẽ vidit cõtinuo fugã arripuit. Cui cũ dice⸗
rem quare fugis ait virtutẽ huiꝰ felicis ferre nõ poſ
ſum. Si ergo deus meus ita te timet quãto magis
ego timere te debeo. Quẽ cũ felix ĩ fide iſtruxiſſet ba
ptizari ſe fecit. Adoratibꝰ apollinẽ dixit felix. Si ve⸗
re deus apollo eſt dicat mihi q̇d eſt qȯ in manu nũc
clauſum teneo. Habebat aũt in manu cedulã in qua
oratio dñica erat ſcripta. Quo nihil rñdente gẽtiles
conuerſi ſunt. Tandem miſſa celebrata ⁊ pplo data
pace in pauimentum in oratione ſe proijciẽs migra
uit ad dominum.

De ſancto marcello. xx. A

Marcellus dictus eſt quaſi arcens ma⸗
lum a ſe. vel dicitur marcellus q̃ſi ma⸗
ria ꝑcellens. i. mũdanas aduerſitates
percutientes ⁊ cõculcãs. Aſſimilatur
enim mundus mari. Quia ſicut dicit
Chryſo. ſuper mattheum. In mari eſt ſonus confu⸗
ſus: timor cõtinuus: imago mortis: vndarum cõten⸗
tio infatigabilis: inconſtantia iugis. B



Marcellus cũ rome ſummꝰ ponti
fex eſſet: ⁊ maximianũ ĩperatorẽ
de nimia in xp̃ianos ſeuitia ĩcreparet:
⁊ in quadã domo cuiuſdã matrone ĩ
ecclĩa cõſecrata miſſam ageret: iratus
imꝑator domũ illã fecit ſtabulũ iumẽ⸗
toꝝ ⁊ eundẽ marcellũ ibidẽ ad ſerui⸗
tium cum cuſtodia animaliũ deputauit. In quo ſer
uitio poſt multos annos in dño requieuit circa an⸗
nos domini. cclxxxvij.

De ſancto antonio. xxj. A

Antonius dicit̃ ab ana qȯ eſt ſurſum ⁊
tenens quaſi ſuperna tenens ⁊ mũda
na deſpiciẽs. deſpexit autem mundũ:
q: imundus: inquietus: trãſitorius de
ceptiuus ⁊ amarus. De his dicit Au⸗
gu. O mũde imũde quid perſtrepis. Quid auertere
nos conaris: tenere nos vis fugiens: quid faceres ſi
maneres: quẽ nõ deciperes dulcis q̄ amarus dulcia
alimẽta mentiris: Eius vitã anaſtaſius ſcripſit. B



QUadrageſima incipit a dn̄ica qua cantat̄. Inuocauit me vbi eccl'ia q̄ tot tribulationibꝰ preſſa clamauerat circūdederūt me ⁊c. Et poſtmodū reſpirauerat iuocādo adiutoriū dicēs: Exurge ⁊c. Et eſto mihi in deū ꝓtectorē ⁊c. Nūc oſtēdit ſe exauditā dicēs. Inuocauit me ⁊c. Notādū aūt ꝙ quadrageſima cōtinet .xlij. dies cōputatis dn̄icis diebꝰ. Ex qbꝰ dū ſex dies dn̄icales ſubtrahunt̄ remanent .xxxvj. dies in abſtinētia qui ſunt decima totius anni. Annus em̄ hꝫ trecentos ſexagintaquinq; dies. quorū trigintaſex ſunt decima. ſed q̄tuor dies precedentes addunt̄ vt ſacer numerus .xl. dierū impleat̄. quē ſaluator ſuo ieiunio cōſecrauit. Quare aūt in hoc numero quadragenario ieiunij obſeruamꝰ triplex rō aſſignari pōt. Prima eſt auguſtini. qm̄ Mat. xl. generationes xp̄i poſuit. Ab hoc igit̄ dn̄s ſuo quadragenario numero ad nos deſcendit. vt nos ad eū noſtro quadragenario aſcēdamus. Aliā aſſignat idem dicēs. Ad hoc vt habeamꝰ quinquagenariū quadragenario addēdus eſt denarius. q: ad hoc vt veniamꝰ ad beatā requiē oportet nos toto p̄ntis vite t̄pe laborare. vnde ⁊ dn̄s .xl. diebus cū diſcipulis manſit: ⁊ poſt decima die ſp̄m ſanctū paracletū miſit. Tertiam aſſignat magiſter p̄poſitiuus in ſumma de officio dicēs. Mundus in quatuor partes ⁊ annus in q̄tuor tp̄a diuidit̄ ⁊ homo ex quatuor elementis ⁊ quatuor cōplexionibꝰ conſtituit̄ ⁊ nouā legē que in quatuor euāgelijs ꝯſiſtit: ⁊ veterē q̄ in decē mādatis trāſgreſſi ſumus. Oportet igit̄ vt denariꝰ ꝑ quaternarium multiplicet̄: vt ſic quadragenariū faciamus. i. mādata veteris ⁊ noue legis toto tēpore vite huiꝰ impleamus. Cōſiſtit quidē corpus noſtrū ſicut dicimus ex quatuor elemētis q̄ etiā quaſi quatuor ſedes in nobis h̄abēt. Nā ignis in oculis: aer in lingua auribꝰ: aqua in genitalibus: terra in manibus ⁊ in alijs mēbris dominatur. In oculis igitur curioſitas in lingua ⁊ auribus ſcurrilitas: ī genitalibꝰ voluptas: in manibꝰ ⁊ in alijs mēbris eſt crudelitas: hec quatuor cōfitet̄ publicanꝰ. Quia enim a longe ſtat confitetur luxuriam que eſt fetida. q. d. nō audeo appropinquare domine ne in auribus tuis feteam: ꝙ non audet oculos ad celum leuare confitetur curioſitatem ꝙ manu percutit pectus confitet̄ crudelitatem ꝙ dicit ꝓpitius eſto mihi peccatori confitetur ſcurrilitatem. Nam ſcurre coſueuerunt vocari peccatores vel potius lecatores: hec prepoſitiuus. G Greg. quoq; ī homelijs tres ponit rationes dicēs. Cur in abſtinētia quadragenarius numerus cuſtoditur niſi quia virtus decalogi per libros quatuor ſancti euangelij impletur. In hoc etiā mortali corpe ex quatuor elementis ſubſiſtimus ⁊ ꝑ voluptates eiuſdem corporis preceptis dominicis cōtrariamur. Quia ergo ꝑ carnis deſideria decalogi mādata contempſimus dignum eſt vt eandē carnē quaterdecies affligamus. A preſenti quoq; die vſq; ad paſcha ſex hebdomade. id eſt quadraginta duo dies veniūt: ex quibꝰ dū ſex dies dominici de abſtinētia abſtrahuntur. trigintaſex de abſtinētia remanēt. Dum v̄o per trecētos ſexagintaquinq; dies annus ducitur: quaſi anni noſtri decimas deo damus. Hec Greg. Quare autem obſeruamus noſtrum ieiuniū eodē tp̄e quo xp̄s ieiunauit: q̄ ſtatim poſt baptiſmū iſtud inchoauit: ſed cū paſcha potiꝰ iſtud cōtinuamus quadruplex rō aſſignat̄ in ſumma de officio magiſtri ioannis beleth.



Prima eſt vt ſi volumꝰ cū xp̄o reſurgere: q: pro nobis ipſe eſt paſſus ⁊ nos cū eo pati debemus. Scd̄a cauſa eſt vt filios iſrael imitemur qui p̄mo eo tēpore exierūt de egypto: poſtea eo tp̄e de babylonia qd̄ inde ꝓbatur: qm̄ tam iſti q̄ illi ſtatiꝫ qn̄ egreſſi ſunt celebrauerūt paſcha. Sicq; et nos imitātes eos hoc tp̄e ieiunamus: vt de egypto ⁊ babylonia. i. hoc mūdo in terram eterne hereditatis ingredi mereamur. Tertia cauſa eſt qm̄ feruor libidinis in tp̄e veris magis ſolet nos accēdere vt ergo refrenemus corporis eſtum in hoc tp̄e maxime ieiunamus. Quarta eſt: q: ſtatim poſt ieiuniū debemus corpus dn̄i accipere ſicut ergo filij iſrael priuſq̄ comederēt agnum affligebant ſe ⁊ comedebāt agreſtes lactucas ⁊ amaras: ita et nos debemus per penitentiam prius affligi vt dignum valeamus comedere agnum vite.

¶ De ieiunio quatuor tēpoꝝ. xxxv. A

IEiunia quatuor tēporū a calixto papa inſtituta ſunt. Fiūt aūt hec ieiunia quater in anno ſm̄ quatuor tp̄a ipſius anni ⁊ huius eſt multiplex ratio. Prīa eſt qm̄ ver eſt calidū ⁊ humidū: eſtas calida et ſicca: autūnus frigidus et ſiccus: hyēs frigida et humida. Ieiunamꝰ igit̄ in vere: vt noxiū humorē. i. luxuriā in nobis tēperemus in eſtate: vt noxiū calorē. i. auaritiā in nobis caſtigemꝰ in autūno: vt caſtigemꝰ ariditatē ſupbie: in hyeme: vt caſtigemꝰ frigꝰ infidelitatis ⁊ malitie. Scd̄a rō eſt quare ſcꝫ quater in anno ieiunamꝰ: qm̄ prīa hmōi ieiunia fiunt in martio. ſ. in prīa ſeptimana quadrageſime vt in nobis marceſcāt vitia. Nō em̄ oīno poſſunt extigui vel potiꝰ vt ī nobis virtutū germina oriātur. In eſtate fiunt ſcd̄a vt in ſeptimana pēthecoſtes: q: tūc venit ſpūſſanctꝰ ⁊ nos debemꝰ eē feruētes in ſpirituſancto. In ſeptēbri fiunt an̄ feſtū ſancti michaelis tertia ieiunia qm̄ fructꝰ tūc colligunt̄: et nos debemꝰ deo reddere fructus bonoꝝ operū. In decēbri fiūt q̄rta: qm̄ tūc moriunt̄ herbe ⁊ nos debemꝰ mortificari mūdo. Tertia rō eſt vt iudeos imitemur: iudei quidē quater in anno ieiunabāt: ſcꝫ an̄ paſcha: an̄ pēthecoſtes: an̄ ſcenophegiā. i. an̄ infixionē tabernaculi in ſeptēbri ⁊ ante encenia. i. an̄ dedicationē ī decēbri. Quarta rō eſt qm̄ hō cōſtat ex quatuor elemētis quantum ad corpus: tribus potentijs ſcꝫ rationali cōcupiſcibili et iraſcibili quātū ad aīam: vt ergo hec moderētur in nobis quater in anno per tres dies ieiunamus vt quaternarius referatur ad corpus: ternarius v̄o ad aīam. Et he rōnes ſunt magiſtri ioannis beleth. Quinta eſt qm̄ vt dixit Ioannes damaſcenꝰ in vere augmētatur ſanguis: in eſtate colera: in autūno melancolia in hyeme phlegma. Ieiunamus igit̄ in vere: ⁊ in nobis debilitetur ſanguis cōcupiſcētie ⁊ inepte letitie. Sāguineus em̄ eſt libidinoſus ⁊ letus. In eſtate vt debilitetur colera iracūdie ⁊ fallacie: colericus enim eſt naturaliter iracūdus ⁊ verſutꝰ. In autūno vt debilitet̄ melācolia cupiditatis ⁊ triſtitie. Melācolicus em̄ eſt naturalit̄ cupidꝰ ⁊ triſtis. In hyeme vt debilitet̄ phlegma ebetudinis ⁊ pigricie. Nā phlegmaticus naturaliter ē ebes ⁊ piger. Sexta rō eſt qm̄ ver cōparatur aeri: eſtas igni: autūnus terre: hyēs aque ieiunamus igitur in vere vt in nobis edometur aer elatiōis ⁊ ſuperbie. In eſtate vt in nobis edometur ignis cupiditatis ⁊ auaricie. In autūno vt edomet̄ terra frigiditatis ſpūalis ⁊ tenebroſe ignorātie. In hyeme vt edometur in nobis aqua leuitatis ⁊ incōſtantie. Septima ratio eſt qm̄ ver refertur ad pueritiā: eſtas ad adoleſcentiā: autūnus ad maturitatē ſiue virilem etatē: hyems ad ſenectutē. Ieiunamꝰ igitur in vere vt ſimꝰ pueri per innocentiā: in eſtate vt efficiamur iuuenes ꝑ conſtātiā ⁊ fortes vitando incōtinentiā. In autūno vt efficiamur maturi per modeſtiā. In hyeme vt efficiamur ſenes per prudentiā ⁊ honeſtā vitā vel potius in hyeme vt ſatiſfaciamus quicquid per illas quatuor etates offendimꝰ. Octaua ratio eſt magiſtri Gui. altiſiodorēſis: Ideo enim quatuor anni temporibus ieiunamus vt emēdemus que in illis quatuor anni tēporibus deliquimus. Et fiunt per tres dies vt ſatiſfaciamus in die quod deliquimus in menſe. Et fiunt in feria quarta: quia tūc dn̄s a iuda traditus fuit. In ſexta feria: q: in ea crucifixus fuit. In ſabbato: quia in ſepulchro iacuit: ⁊ q: triſtes erant apoſtoli de nece ſui domini.

¶ De ſancto ignatio. xxxvj. A

IGnatius dicitur quaſi ignem patiens. Id eſt ignem patiens diuini amoris.



IGnatiꝰ fuit diſcipulꝰ bti ioānis ⁊ ep̄s antiochenꝰ. Hic epiſtolam ad beatā virginē direxiſſe legit̄ in hec v̄ba. Chriſtifere marie ſuus ignatius. De neophitū ioāniſq; tui diſcipulū ꝯfortare ⁊ ꝯſolare debueras. De ieſu em̄ tuo ꝑcepi mira dictu et ſtupefactꝰ ſum ex auditu. Ad te aūt q̄ ſemper fuiſti ei familiariter ꝯiuncta ⁊ ſecretoꝝ eius cōſcia deſidero ex animo fieri certior ex auditis. Valeas ⁊ neophiti qui mecū ſunt ex te per te. ⁊ in te cōfortentur. Beata autē virgo dei genitrix maria in hec verba ſibi rn̄dit. Ignatio dilecto cōdiſcipulo humilis ancilla xp̄i ieſu. De ieſu que a ioanne audiſti ⁊ didiciſti vera ſunt: illa credas illis inhereas: ⁊ xp̄ianitatis votum firmiter teneas ⁊ mores ⁊ vitā voto conformes. Veniam autē vna cum ioanne te et qui tecū ſunt viſere. Sta ⁊ viriliter age in fide. ne te cōmoueat perſecutiōis auſteritas: ſed valeat ⁊ exultet ſpiritus tuꝰ in deo ſalutari tuo amē. Tante aut eꝫ auctoritatis beatꝰ ignatius extitit ꝙ etiā dionyſius pauli apoſtoli diſcipulus: q̄ fuit in phīa tam ſummus ⁊ in diuina ſcientia tā ꝑfectus verbū beati ignatij ad confirmationē dictorum ſuoꝝ tanq̄ pro autoritate adduxerit Cū em̄ vt ipſe in lib. de diuinis noībus atteſtat̄ quidā nomē amoris in diuinis reprehēderunt dicētes in diuinis non tam eſt nomē amoris q̄ dilectionis volens oſtendere hoc noīe amoris per oīa in diuinis eſſe vtendum ait. Scribit enim diuinus ignatius: amor meus crucifixus eſt. Legitur in hiſtoria tripartita ꝙ ignatius audiuit angelos cantātes antiphonas ſup montem quedā ⁊ exinde ſtatuit antiphonas cantari in eccleſia ⁊ pſalmos ſm̄ antiphonas. B Cū ergo beatus ignatius diu pro pace eccleſie dn̄m exoraſſet nō ſuū ſed infirmorū periculū mutuēs traiano iperatori qui cepit anno dn̄i .c. De victoria redeunti. ⁊ xp̄ianis

oibus mortē mināti occurrit ⁊ libere ſe xpianū aſſerit. Quē traia. ferro vinctū decē militib⁹ tradidit et romā adduci pcepit mināns eidē ꝙ traderet̃ ibidē beſtijs deuorādus. Cū ḡ romā duceret̃ ad oēs eccl'ias epl'as deſtinabat ⁊ eas in fide xpi cōfirmabat. Inter q̄s vnā ſcripſit ad romanā eccl'iā ſicut legit̃ in hiſtorijs eccl'iaſticꝭ rogās ne ſuū martyriū ipediat: vbi ſic dicit. A ſyria vſq; ad romā cū beſtijs terra mariq; depugno die ac nocte cōnexus ⁊ colligat⁹ decē leopardis militib⁹ ducor ad cuſtodiā dat⁹ q̄ ⁊ bn̄ficijs nr̄is ſeuiores fiūt: ſꝫ ego eorꝫ neq̄tijs magꝭ erudior. O ſalutares beſtie q̄ pparāt mihi qn̄ veniēt: qn̄ emittent̃ qn̄ eis licebit carnib⁹ meis frui. Inuitabo eas ad deuorationē meā ⁊ depcabor ne forte vt in nōnullis fecerūt timeāt ꝯtingere corp⁹ meū: qnimmo ⁊ ſi cūctabunt̃ ego vim faciā: ego me ingerā: date q̄ſo veniāꝫ: ego noui q̄d mihi expediat. Ignes cruces beſtie diſperſiōes oſſium: diſcerptiones oīuꝫ mēbrorꝫ ⁊ toti⁹ corꝑis ⁊ oīa pene i me vnū ſupplicia diaboli arte q̄ſita ꝯſlent̃ dūmō ieſuꝫ xpm merear adipiſci. Cū ḡ romā veniſſet ⁊ ad traianū duct⁹ fuiſſet dixit ei traian⁹. Ignati cur antiochiā rebellare facis ⁊ gētē meam ad xpianitatē conuertis. Cui ignati⁹. Vtinā ⁊ te poſſem cōuertere vt ſemꝑ obtineres fortiſſimū pricipatū. Cui traian⁹. Sacrifica dijs meis ⁊ ſacerdotū oīuꝫ priceps eris. Cui ignati⁹. Nec tuis ſacrificabo nec tuā affecto dignitatē. De me q̄cquid vis facere poterꝭ: ſꝫ nullaten⁹ me mutabis. Traian⁹ dixit. Plūbatis ſcapulas ei⁹ cōtūdite ⁊ vngulis latera laniate ⁊ duris lapidib⁹ ei⁹ vulnera cōfricate. Cūq; hec oīa in eū feciſſent ⁊ ipe imobilis ꝑmaneret dixit traiano. Carbones viuos afferte: ⁊ ipuꝫ nudis plātis deſuꝑ ābulare facite. Cui ignati⁹. Nec ignis ardēs: nec aq̄ bulliēs poterit in me xpi charitatē extinguere. Cui traia. Maleficia ſunt hec ꝙ tāta patiēs nō cōſentis. Cui ignati⁹. Nos xpiani malefici nō ſumus: ſꝫ in lege nr̄a maleficos viuere ꝓhibemus. Sꝫ vos malefici eſtis q̄ idola adoratis. Traian⁹ dixit. Dorſuꝫ ei⁹ vngulis laniate ⁊ plagas ſale ꝑfundite. Cui ignatius. Nō ſunt cōdigne paſſiōes hui⁹ tpis ad futurā gloriā. Traian⁹ dixit. Iā nūc eū tollite vīculis ferreis alligate ⁊ in cippo in imo carceris cuſtodite ſine cibo et potu eū eē ꝑmittite ⁊ poſt triduū deuorādū beſtijs date. Tertia igit̃ die impator ⁊ ſenat⁹ oīſq; ppl's ꝯuenerūt vt videret epm antiochenū q̄ erat cum beſtijs pugnatur⁹. Dixitq; traian⁹. Qm̄ ignati⁹ ſupb⁹ ⁊ cōtumax eſt ipm alligate: ⁊ duos leones ad ipuꝫ laxate vt nec vllas reliq̄as ex eo relinquāt. Tūc ſctūs ignatius dixit ad populū q̄ aſtabat. Viri romani q̄ h' certamē aſpicitꝭ nō ſine mercede laboraui: q: nō ꝓpter prauitatē: ſꝫ ꝓpter pietatē hec patior. Deinde cepit dicere ſicut legit̃ in eccl'iaſtica hiſto. Frumētū xpi ſuꝫ beſtiarū dētib⁹ molar: vt panis mūdus efficiar. Hoc audiēs impator dixit. Grādis eſt tolerātia xpianorꝫ. Quis grecorꝫ tāta toleraret ꝓ deo ſuo. Rn̄dit ignati⁹. Nō hec mea ꝟtute ſꝫ xpi adiutorio toleraui. Tūc ſctūs ignati⁹ cepit leones ꝓuocare vt ad deuorāduꝫ accurrerēt. Accurrētes igit̃ duo ſeui leones ipm tātūmō ꝑfocauerūt: carnē tn̄ ei⁹ nullaten⁹ tetigerunt. traian⁹ aūt h' vidēs cū nimia admiratiōe diſceſſit ꝑcipēs vt nō ꝓhiberet̃ ſi aliquis vellet tollere corpus ei⁹. Quapropter xpiani corp⁹ ei⁹ tulerūt ⁊ ipm honorifice ſepelierūt. Cū aūt traian⁹ quaſdā lr̄as recepiſſet in q̄b⁹ Plini⁹ ſcd'us xpianos q̄s impator occidi iuſſerat plurimū cōmēdabat doluit de his que ignatio tulerat ⁊ pcepit vt null⁹ xpian⁹ inquireret̃: ſi q̄s ſtn̄ incideret puniret̃. Legit̃ aūt ꝙ btūs ignatius inter tot tormētorꝫ gn̄a nūq̄ ab inuocatiōe nominis ieſu xpi ceſſabat. Quē cū tortores inquirerēt cur hoc nomē toties replicaret ait. Hoc nomē cordi meo inſcriptū habeo: ⁊ iō ab eius inuocatiōe ceſſare nō valeo. Poſt mortē igit̃ ei⁹ illi q̄ audierāt volētes curioſi⁹ experiri: cor ei⁹ ab ei⁹ corpore auellūt: ⁊ illud ſcindētes ꝑ mediū totū cor ei⁹ inſcriptū h' noīe ieſus xps lr̄is aureis inueniūt. Vnde ex hoc plurimi crediderūt. De hoc ſctō ſic dicit Bern̄. ſuꝑ ps. Qui habitat. Magn⁹ ille ignati⁹ auditor diſcipuli quē diligebat ieſus martyr ⁊ ipe: cui⁹ ptioſis reliquijs nr̄a ē ditata pauptas. Mariā quidē in plurib⁹ quas ad eaꝫ ſcripſit epl'is xpi ferā cōſalutat. Egregi⁹ plene titulus dignitatis cōmendatio honoris immenſi.

¶ De purificatiōe btē Marie ꝟginis. xxxvij. A



Purificatio beate ꝟginis Marie quadrageſimo die poſt natiuitateꝫ dn̄i facta eſt. Cōſueuit aūt illud feſtū tribus noībus appellari. ſ. purificatio ypopāti. ⁊ cādelaria. Purificatio aūt dr̄ ex eo ꝙ q̄drageſima die a natiuitate dn̄i beata virgo ad tēplū venit vt ſm̄ legis ꝯſuetudinē mūdaret̃: cū tn̄ ſub illa lege nō teneret̃. Preceperat aūt lex Leuitici. xij. ꝙ mulier q̄ ſuſcepto ſemine filiā peperiſſet immūda eēt ſeptē dieb⁹: immunda. ſ. a cōſortio hoīm ⁊ ab ingreſſu tēpli. Sed cōpletis ſeptē dieb⁹ mūda quidē efficiebat̃ quo ad cōſortiū hoīm. ſed adhuc vſq; ad. xxxiij. diem quo ad ingreſſum tēpli immūda erat. Tandē cōpletis q̄draginta dieb⁹: quadrageſima die tēplū intrabat ⁊ puerū cū mulierib⁹ offerebat. Si ꝟo feminam peperiſſet duplicabātur dies ⁊ quo ad ꝯſortiū hoīꝫ ⁊ quo ad ingreſſum tēpli. Quare autē dn̄s pcepit vt q̄drageſima die puer in templo offerretur triplex pōt eē ratio. Vna vt per hoc intelligat̃ ꝙ ſicut puer q̄drageſima die in materiale tēplū inducit̃: ſic et quadrageſima die a cōceptiōe vt ſepi⁹ aīa in corp⁹ tanq̄ in ſuū tēplum infundit̃: ſicut dr̄ in ſcholaſtice Hiſto. ſꝫ phyſici dicāt ꝙ quadragintaſex diebus corp⁹ perficiatur. Scd'a vt ſicut aīa quadrageſima die corpori infuſa ab ipſo corꝑe maculatur: ſic quadrageſima die tēplū igrediēs per oſtias ab ipſa macula ampli⁹ expietur. Tertia vt per hoc detur intelligi ꝙ in templū celeſte mererētur ingredi qui decē precepta cū fide q̄tuor euāgeliorꝫ voluerint obſeruare. In pariente ꝟo feminā duplicant̃ quo ad tēpli ingreſſionē ſicut ⁊ duplicant̃ quo ad corꝑis formationē. Nā ſicut in q̄draginta diebus corpus maſculi organiꝫatur et ꝑficit̃: ⁊ in quadrageſima die aīa infundit̃ vt ſepi⁹ ſic corpus femine in. lxxx. perficitur: et octuageſima die aīa vt ſepius inſpiratur. Quare aūt duplo corp⁹ femine tardi⁹ ꝑficit̃ in vtero q̄ corpus viri: et ei aīa infundit̃ omiſſis rōnibus naturalib⁹ triplex ratio aſſignari pōt. Prima qm̄ xps aſſumptur⁹ erat carnē in ſexu virili: nō vt ipm ſexū honoraret ⁊ ampliorē ſibi gr̄am faceret: voluit vt puer citius formaretur ⁊ mater citi⁹ mūdaret̃. Scd'a vt qm̄ mulier plus peccauit q̄ vir. Et ſic vt erūne ei⁹ ab erūnis viri duplicate ſunt exterius in mūdo. ſic ⁊ duplicari debuerūt interi⁹ in vtero. Tertia vt ꝑ hoc intelligi det̃ ꝙ mulier q̄dāmodo plus fatigauit deū q̄ vir ex eo ꝙ amplius deliq̄t. De⁹ em̄ quodāmō in noſtris prauis opibus fatigat̃. Vn̄ ipſe dicit Eſaie. xliij. Seruire me feciſti in pctis tuis. Et iterū dicit Hiere. vj. Laboraui ſuſtinēs. Beata igit̃ virgo huic legi purificationis nō tenebat̃: q: non peperit ſuſcepto ſemine: ſed myſtico ſpiramine. Vn̄ moyſes addidit ſuſcepto ſemine: cuꝫ tn̄ neceſſe nō erat quātū ad alias mulieres q̄ oēs ſuſcepto ſemine pariunt. Sed iō addidit vt dicit Ber. Quia timuit in matrē dn̄i blaſphemiā irrogare. Voluit tamen in hoc ſe ſubdere legi ꝓpter quatuor rationes. Prima rō eſt: vt exemplū humilitatis pbaret. Vn̄ dicit Ber. Vere beata ꝟgo non habes cām nec tibi opus eſt purificatione. Sꝫ nūq̄d filio tuo opus erat circūciſione eſto inter mulieres tanq̄ vna illarū. Nā ⁊ fili⁹ tuus ſic eſt i medio puerorꝫ. Hec autē humilitas nō ſolū fuit ex parte matris. ſed etiā ex parte filij qui ſil'r in hoc ſe voluit ſubdere legi. Nā in natiuitate ſe habuit vt pauper homo. In circūciſione. vt pauper ⁊ peccator homo: ſed hodie vt pauper et peccator ⁊ ſeruus homo. Vt pauper in eo ꝙ oblationem pauperum elegit: vt peccator in eo ꝙ ipe cū matre voluit expiari: vt ſeruus in eo ꝙ voluit redimi. Sic etiam voluit poſtmodum baptiꝫari non ꝓpter culpā purgādā: ſed ꝓpter eius humilitatē maximā oſtendendā. Nā oīa remedia contra originale peccatum inſtituta chriſtus in ſe aſſumere voluit: nō q: aliquatenus indigeret: ſed vt humilitatē ſuaꝫ maximā nobis oſtēderet: et vt illa remedia pro tpe ſuo bona fuiſſe monſtraret. B Quinq; enim remedia cōtra ipſum originale peccatū ꝑ ꝓceſſum tēporis inſtituta ſunt quorū tria ſm̄ ꝙ dicit Hugo de ſancto victore in lege veteri inſtituta ſunt: ſcꝫ oblationes: decimationes: ⁊ ſacrificiorꝫ imolatiōes. Per que maxime opus noſtre redēptionis exprimebat̃. Nā modus redimendi exprimebat̃ per oblationem Ipſum pretiū per ſacrificium in quo erat ſanguinis effuſio ipſum redēptum ꝑ decimationē: q: homo ſignificatur ꝑ decimā dragmā. Primū ergo remediū fuit oblatio. Vnde cayn obtulit dn̄o munera de frugibus: ⁊ abel de gregib⁹. Scd'm fuit decimatio. Vnde ⁊ abraā melchiſedech ſacerdoti decimas obtulit. Nā ſm̄ Aug. decimabat̃: qd' curabat̃. Tertiū fuit ſacrificiorꝫ imolatio. Ipa em̄ ſacrificia ſm̄ ꝙ dicit Grego. erant cōtra originale peccatū: q: tn̄ exigebat̃ vt ad minus alter parentum fidelis eſſet ⁊ aliquando vtriq; infideles eſſe poterāt: ideo aduenit quartum remediū. ſ. circūciſio que ſiue parētes fideles eſſent ſiue infideles valebat. Sed q: illud remediū nō poterat cōuenire niſi ſolis maribus: nec ianuā paradiſi poterat aperire: iō ſucceſſit quintū remediū. ſ. baptiſm⁹ q̄ eſt cōis oīb⁹. Et ianuā celi aperit. Primū igit̃ remediū xps quodāmō aſſumpſiſſe vr̄ qn̄ in tēplo a parētib⁹ eſt oblat⁹. Scd'm remediū quodāmō aſſumpſit: qn̄ quadraginta dieb⁹ ⁊ noctibus ieiunauit. Qr em̄ nō habebat vn̄ ſolueret decimas rerū ſaltē deo obtulit decimas dierū. Tertiū aſſumpſit quādo mr̄ ei⁹ par turturū: aut duos pullos colūbarū ꝓ eo obtulit vt inde ſacrificiū fieret. vel qn̄ in cruce ſe ſacrificiū obtulit. Quartū qn̄ ſe circumcidi permiſit. Quintū qn̄ a ioāne baptiſma ſuſcepit. Scd'a ratio ē vt legē ipleret. Nō em̄ venerat dn̄s legē ſoluere ſed adiplere. Nā ſi in hoc legē ſoluiſſet potuiſſent ſe iudei excuſare ⁊ dicere. Qm̄ doctrinā tuā nō recipim⁹ ex eo ꝙ diſſimilis es patrib⁹: nec legis traditiones obſeruas. Triplici aūt legi hodie ſe xps ⁊ ꝟgo ſubiecit. Prio legi purificatiōis in ſignificationē ꝟtutis vt poſtq̄ oīa bn̄ fecerim⁹ dicam⁹ ꝙ ſerui inutiles ſumus. Scd'o legi redēptiōis ad exēplū humilitatis. Tertio legi oblatiōis ad exemplū pauptatis. Tertia rō eſt vt legē purificatiōis terminaret. Sicut em̄ adueniēte luce ceſſant tenebre ⁊ adueniēte ſole recedit vmbra: ſic ⁊ adueniente purificatione ꝟa ceſſauit purificatio typica. Ibi em̄ aduenit ꝟa purificatio nr̄a. i. xps q̄ actiue dr̄ purificatio. Ex eo ꝙ nos ꝑ fidē purificat: ſm̄ qd' dr̄ fidē purificās corda eorꝫ. Hinc em̄ ē ꝙ nec decetero pr̄es tenent̃ ad ſolutionē nec mr̄es ad purificationē vel tēpli ingreſſionē. Nec filij ad illā redēptionē. Quarta rō eſt vt nos purificādos inſtrueret. Quiq; aūt modis fit purgatio ab infamia ſm̄ iura: ſꝫ tres iubeant̃: ſm̄ q̄s ⁊ nos purgari debemus. ſ. iuramēto qd' ſignificat pcti abrenūciationeꝫ. aq̄ q̄ ſigt̄ baptiſmalē ablutionē. Igne q̄ ſigt̄ ſpūalis gr̄e iſuſionē. teſtib⁹ q̄ deſignāt bonorꝫ operū multitudinē. Bello qd' ſigt̄ tētationē. Veniēs autē btā ꝟgo ad tēplū filiū ſuū obtulit ⁊ eū q̄nq; ſiclis redemit. Notādū em̄ ꝙ q̄dā ꝑmogenita redimebant̃ ſicut ꝑmogenita vndecim tribuū q̄ redimebant̃ q̄nq; ſiclis. Quedā nō redimebāt̃ ſicut ꝑmogenita leuitarū q̄ nūq̄ redimebant̃: ſꝫ cū in adultā etatē ꝑueniebāt ſp̄ i tēplo dn̄o ſeruiebāt. Et ſicut primogenita mūdorꝫ aīaliū q̄ iterū nō redimebant̃: ſꝫ dn̄o offerebant̃. Quedā cōmutabant̃: vt primogenitū aſini qd' cōmutabat̃ i ouē. Quedā occidebant̃ vt ꝑmogenitū canis. Cū em̄ xps fuit de tribu iuda q̄ fuit vna de vndecim tribub⁹ pꝫ ꝙ debuit redimi. Obtulerūt etiaꝫ ꝓ eo dn̄o par turturū aut duos pullos colūbarum. Hec em̄ erat oblatio pauperū ſꝫ agnus oblatio diuitū. Nō aūt dixit pullos turturꝫ ſicut dixit pullos colūbarū: q: pulli colūbarū ſemꝑ inueniuntur. pulli aūt turturū nō ſemꝑ īueniunt̃: turtures autē ſemꝑ īueniunt̃. Nec dixit par colūbarū ſicut dixit par turturū: q: colūba eſt auis libidinoſa: ⁊ ideo in ſacrificio ſuo deus noluit offerri. Turtur eſt auis pudica. Sꝫ nōne btā ꝟgo maria paulo āte a magis multa pondera auri receꝑat. vr̄ ergo ꝙ bn̄ potuerit agnū vnū emere. Sed dicēdū ꝙ ſine dubio ſm̄ Ber. magi magna pōdera auri obtulerūt: q: nō eſt ꝟoſile ꝙ tales reges tali puero vilia munera obtuliſſent. Sed tn̄ beata ꝟgo vt aliq̄bus placet illud ſibi non retinuit. Sꝫ ſtatiꝫ paupib⁹ erogauit. Vel forte peregrinationi in egyptum per ſeptennium imminenti prouide reſeruauit. Vel forte non in magna quantitate tali

obtulerũt cũ hʼ ſignificationẽ myſticã offerrẽt. Po-
nit aũt expoſitor tres oblatiões de dño factas. Pri
ma facta eſt de ipſo a parẽtibꝰ. Scða ꝓ ipſo de aui-
bus. Tertiã fecit ipſe in cruce ꝓ hoĩbus. Prima oſtẽ
dit eiꝰ humilitatẽ: qꝛ dñs legis ſubiecit ſe legi. Scða
paupertatẽ qꝛ pauperũ oblationẽ elegit. Tertia cha
ritatẽ: qꝛ ſe ꝓ peccatoribus tradidit. Proprietates
turturis habent his verſibꝰ. Alta petit turtur: can-
tando gemit: veniens ver. Nũciat ⁊ caſte viuit: ſolus
q; morat. Pullos nocte fouet: morticinumq; fugit.
Proprietates ꝟo colũbe his verſibꝰ notant. Gra-
na legit: volitat ſociata: cadauera vitat. Felle caret:
plãgit: ſociũq; ꝑ oſcula tangit. Petra dat huic nidũ
fugit hoſtẽ in flumine viſum. Roſtro nõ ledit gemi-
nos pullos bñ nutrit. Dicit ſcðo hec feſtiuitas ypo
panti qð idẽ eſt ꝙ pñtatio ex eo ꝙ xp̃us eſt in tẽplo
ꝑſentatꝰ. Uel ypopanti quod idez eſt qð obuiatio.
Quia ſymeon ⁊ anna obuiauerunt dño dũ offerret
in tẽplũ ⁊ dr ab ypa qð eſt ire ⁊ anti qð eſt ꝯ. Tunc
aũt accepit eũ ſymeon in vlnas ſuas. Et notandum
ꝙ triplex obnũbratio ſiue exinanitio hic de ſaluator
noſtro facta eſt. Prima eſt exinanitio veritatis. Ille
eñ qui eſt veritas qui oẽm hoĩem ducit per ſeipſuz
qui via in ſeipſum qui eſt vita ducit ad ſeipſum ho-
die ab alijs ſe duci permiſit. Cum induceret inquit
puerũ Jeſuz ⁊c. Scða eſt exinanitio bonitatis. Nã
ille qui ſolus ſanctus ⁊ bonus eſt tanq̃ imũdus vo-
luit cum matre expiari. Tertia eſt exinanitio maieſta
tis. Nã ille qui eſt portans oĩa verbo virtutis ſue.
Hodie in vlnis ſenis ſe recipi ⁊ portari ꝑmiſit: q̇ tñ
portabat portantẽ ſe ſm illud. Senex puerũ porta-
bat. Puer aũt ſenẽ regebat. Tunc aũt ſymeon bene
dixit eũ dicẽs. Nũc dimittis ſeruũ tuum dñe ⁊c. Et
appellat eũ ſymeon tribus nominibꝰ: ſcʒ ſalutare: lu
mẽ ⁊ gloriã plebis iſrael. Ratio autẽ huius triplicis
nominis põt quadrupliciter ſumi. Prio penes no-
ſtram iuſtificationẽ vt dicat ſalutare remittendo cul
pã: qꝛ Jeſus interpretat ſaluator ex eo ꝙ ſaluum fa
cit pplm: ſcʒ a peccatis eoꝝ. Lumen dando gratiã.
Gloriam plebis dãdo gloriam. Scðo penes noſtrã
regenerationem. Nã primo puer exorcizat ⁊ bapti-
zat ⁊ ſic a pctõ mundat quo ad primũ. Scðo cande-
la accenſa ei datur quo ad ſcðm. Tertio ad altare of-
fertur quo ad tertiũ. Quarto penes hodiernam ꝓ-
ceſſionem. Nã primo candele bñdicunt ⁊ exorcizant
Scðo accendunt ⁊ in manibus fidelium dantur. Ter
tio eccleſiã cum canticis ingrediuntur. Quarto pe-
nes triplicẽ huiꝰ feſti denominationẽ. Nã dr purifi-
catio quo ad purgationem culpe ꝑ hoc quod dicitur
ſalutare. Dicit candelaria quo ad illuminationẽ gra
tie ꝑ hoc qð dicat lumẽ. Dicit ypopanti quo ad col-
lationẽ glorie: ꝑ hoc qð dr gloriã plebis tue iſrael.
Tunc eñ occurremus obuiã xp̃o in aera. Uel poteſt
dici ꝙ laudat xp̃s in hoc cantico: vt pax: vt ſalus: vt
lux ⁊ gloria. Pax qꝛ mediator eſt. Salus qꝛ redem-
ptor. Lux qꝛ doctor. Gloria qꝛ premiator. Dicitur ⁊
tertio hʼ feſtũ candelaria ex eo ꝙ candele accẽſe ĩ ma
nibus portant. Quare aũt ecclia hʼ ordinauerit: vt. ſ.
in hac die candele accenſe in manibꝰ portent: pñt aſſi
gnari quatuor rõnes. primo ꝓpter remouendã erro
neã conſuetudinẽ. Romani eñ olim in kal. februarij
ad honorẽ februe matris martis q̇ erat deꝰ belli vr-
bẽ de quinto in quintũ annũ cũ cereis ⁊ facibus to-
ta nocte luſtrabãt: vt filius ſuus. ſ. mars eis victoriã
de inimicis cõcederet cuius matrẽ tã ſolẽniter hono
rarent. Et illud ſpatiũ dicebat luſtruz. Romani etiã
in februario ſacrificabãt februo. idest plutoni ⁊ cete
ris dijs infernalibꝰ. ⁊ hoc ꝓ aĩabꝰ anteceſſorũ ſuorũ
Ut ergo ꝓpitiarent eoꝝ. iõ ⁊ eis ſolẽnes hoſtias of
ferebãt: ⁊ tota nocte eoꝝ laudibꝰ inſiſtentes cum ce
reis ⁊ accenſis facibus vigilabãt. Mulieres etiã ro-
manoꝝ vt ait Innocentius papa his diebꝰ feſtũ lu-
minariũ exercebãt qð a quibuſdã fabulis poetaruz
originẽ traxit. Aiunt eñ ꝙ ꝓſerpina fuit adeo ſpe-
cioſa ꝙ pluto deus infernalis eã cõcupiſcẽs ipſaz ra
puit ⁊ deam eã fecit. Parẽtes aũt ſui ꝑ ſyluas ⁊ ne-
mora cũ facibꝰ ⁊ luminaribꝰ eã multo tpe queſierũt
Et iſtud mulieres romanorũ repñtãtes cũ facibus
⁊ luminaribꝰ circuibãt. Et qm̃ difficile eſt cõſueta
relinquere xp̃iani de gẽtibus ad fidem conuerſi diffi
cile poterãt relinquere hmõi cõſuetudines pagano
rum. Ideoq; ſergius papa hanc cõſuetudinẽ in me-
lius cõmutauit vt ſcʒ xp̃iani ad honorẽ ſancte mrĩs
dñi omni anno in hac die totũ mũdũ cũ accenſis can
delis ⁊ bñdictis cereis illuſtrarẽt. Ut ſolẽnitas qui-
dem ſtaret: ſed alia intentione fieret. Scðo propter
oſtendẽdã virginis puritatem. Aliqui eñ audiẽtes
virginẽ purificatã poſſẽnt credere ipſaz purificatio
ne indiguiſſe. Ut ergo oſtendat ꝙ tota fuit ꝑpuriſſi-
ma ⁊ ſplendida: ideo ordinauit eccleſia vt luminoſos
cereos baiulemus acſi ipſo facto dicat eccleſia. Uir-
go beata purificatione non indiges ſed tota rutilas
tota ſplendes. Uere eñ purificatione nõ indigebat
que ⁊ non ſuſcepto ſemine cõceperat. ⁊ in matris vte
ro ꝑfectiſſime mundata ⁊ ſanctificata erat. Adeo au
tem fuit in matris vtero in aduentu ſpũſancti ſan-
ctificata ⁊ mũdata ꝙ nõ ſolũ aliqð inclinamentũ ad
peccatũ in ea penitus nõ remãſit: ſed etiã virtus ſan
ctitatis eius vſq; ad alios extendebat ⁊ tranſfunde-
bat. ita ꝙ in alijs oẽs motus carnalis cõcupiſcentie
extinguebat. vñ dicũt iudei ꝙ cuz maria pulcerrima
fuerit a nullo tñ potuit vnq̃ cõcupiſci. ⁊ rõ eſt: qꝛ vir
tus ſue caſtitatis cũctos aſpiciẽtes penetrabat ⁊ oẽs
in eis ꝯcupiſcẽtiã repellebat. Un̄ cõpat cedro: qꝛ ſi-
cut cedrus ſerpẽtes odore ſuo interficit: ita eiꝰ ſctifi
catio ĩ alijs radiabat. Et oẽs motus ĩ carne ſerpẽti-
nos occidebat. Cõparat ẽt myrrhe: qꝛ ſicut myrrha
interficit vermes ſic eiꝰ ſctitas cõcupiſcẽtias carna-
les. Et hanc ꝑrogatiuã habuit pre ceteris ſanctis in
vtero ⁊ ꝟginibꝰ. qꝛ eoꝝ ſctitas ⁊ caſtitas in alios nõ
tranſfundebat: nec carnales motus in alijs extingue
bat. Uirtus aũt caſtitatis virginis etiã impudicorũ
corda medullitus penetrabat. ⁊ ea quo ad ipſaz ꝑti
nus caſta reddebat. Tertio ꝓpter repreſentãdaz ho
diernã proceſſionem. Nã maria ⁊ ioſeph ⁊ ſymeon
⁊ anna hodie honorabilẽ ꝓceſſionem fecerunt ⁊ pue
rũ ieſum in tẽplũ repreſentauerunt. Sic ⁊ nos pro-
ceſſionẽ facimus: ⁊ cereũ accenſum ꝑ quẽ ſignifica-
tur ieſus in manibꝰ baiulamꝰ vt vſq; in eccl̃ias defe-
rimus. Tria eñ ſunt ĩ cereo. ſ. cera: lychnus: ⁊ ignis.



⁊ ꝑ hec tria ſignificant tria q̃ fuerũt in xp̃o. Nã cera
ſignificat carnẽ xp̃i q̃ nata eſt de maria virgine ſine
corruptiõe carnis ſicut apes cerã gignũt ſine alter-
utriũ cõmixtiõe: lychnꝰ in cera latens ſignificat aĩam
cãdidiſſimã ĩ carne latẽtẽ. Ignis ꝟo ſiue lumẽ ſigni
ficat diuinitatẽ: qꝛ deꝰ nr̃ ignis ꝯſumẽs eſt. Un̄ q̇daz
ſic ait. Hãc ĩ honore pie cãdelã porto marie. Accipe
ꝑ cerã carnẽ de ꝟgine verã. Per lumẽ numen: maie-
ſtatiſq; cacumẽ. Lychnꝰ eſt aĩa carne latens precopi-
ma. Quarto propter inſtructionez noſtram. In hoc
enim inſtruimur ꝙ ſi volumus eſſe añ deũ purifica-
ti ⁊ mũdi: tria in nobis habere debemꝰ: ſcʒ fidẽ verã:
actionẽ bonã: intẽtionẽ rectã. Nã cãdela in manu ac
cẽſa ẽ fides cũ opatiõe bona: ⁊ ſicut cãdela ſine lumi-
ne dr eẽ mortua: ⁊ lumẽ ꝑ ſe ſine cãdela nõ lucet: ſed
mortuũ eẽ vr: ⁊ ſic opatio ſine fide ⁊ fides ſine bono
ope mortua eẽ dr. Lychnꝰ iaũt tus in cera occultatꝰ
eſt intẽtio recta. vñ Greg. Sic fit opꝰ in publico: vt
tñ intẽtio maneat in occulto. ¶ Quedaz matrona
nobilis in btãm ꝟginẽ maximã deuotionẽ habebat.
Hec quãdã capellã iuxta domũ ſuã cõſtruxerat ⁊ ꝓ-
priũ capellanũ hñs omni die miſſaz de btã ꝟgine au-
dire volebat. Appropinquãte aũt feſto purificatiõis
btẽ ꝟginis ſacerdos ob q̇ddã ſuũ negotiũ lõgiꝰ ſe-
ceſſit ⁊ dña illo die miſſaz habere nõ potuit vl' vt ali
bi legit oĩa q̃ hr̃e poterat: etiã veſtimẽta ꝓ amore ꝟ-
ginis dabat. vñ cũ clamidẽ dediſſet ⁊ ad eccliã ire nõ
poſſet ſine miſſa illã ea die manere oportebat. De q̃
cũ plurimũ doleret eccliaz ꝓpriã ſeu camerã ĩtrauit
⁊ añ altare btẽ ꝟgis ſe ꝓſtrauit: tũc ſubito ĩ exceſſu
mẽtis facta videbat ſibi ſe in q̃dam ecclia pulcerria
⁊ ſpecioſa collocatã eẽ. Et reſpiciẽs vidit turbã ma-
ximã ꝟginũ in eccliam venientẽ q̃s q̇dã ꝟgo pulcer-
rima diademate coronata ꝑibat. Cũq; oẽs ꝑ ordinẽ
ꝯſediſſent ecce turba alia iuuenũ q̇ ⁊ ipi iuxta ordinẽ
ꝯſederũt. Et ecce q̇dã maximũ cereoꝝ faſcẽ deferẽs
cereuz prio ꝟgini q̃ ceteras anteibat dedit ⁊ poſt ea
alijs ꝟginibꝰ ⁊ iuuenibꝰ tribuit. Deinde ad illã ma
tronã venit: ⁊ cereuz ei obtulit quẽ illa libẽter acce-
pit. Tũc ꝑ chorũ reſpiciẽs vidit duos ceroferarios:
ſubdiaconũ diaconũ ⁊ ſacerdotẽ ſacris indutos ve-
ſtibꝰ ad altare ꝑcedentes tanq̃ miſſarũ ſolẽnia cele-
brare volẽtes. Uidebat aũt ſibi ꝙ acoliti eſſent vin-
centiꝰ ⁊ laurẽtiꝰ diaconꝰ ⁊ ſubdiaconꝰ duo angeli ſa-
cerdos aũt xp̃s. Facta autem cõfeſſiõe duo pulcerri
mi iuuenes in mediũ chori ierũt ⁊ officiuz miſſe alta
voce ⁊ deuotiſſime ĩceperũt: ⁊ ceteri q̇ in choro erãt
ꝓſequunt. Cũ aũt ad oblationẽ ventũ fuiſſet regia ꝟ-
ginũ ⁊ cetere ꝟgines cũ alijs q̇ erãt in choro cereos
ſuos ſacerdoti vt moris eſt flexis genibꝰ obtulerunt
Cũ aũt ſacerdos illã matronã expectaret vt ſibi ce-
reũ ſuũ offerret: ⁊ illa ire nollet miſit ad eã regia vir
ginũ ꝑ nũciũ ꝙ ruſticitatẽ faceret ꝙ ſacerdotẽ tãdiu
expectare ꝑmitteret. Illa aũt rñdit ꝙ ſacerdos ĩ miſ-
ſa ſua ꝓcederet qꝛ cereũ ſibi nõ offerret. Tũc iteꝝ re-
gina aliũ nũtiũ miſit. Cui illa ſilr̃ rñdit ꝙ cereũ ſibi
datũ peni tꝰ nlli daret: ſʒ illũ ex deuotiõe teneret. Re-
gina aũt ꝟginũ nũcio ꝑcepit dicẽs. Uade ⁊ iterũ eaz
roga vt cereũ offerat: ſin aũt ipm de manibꝰ eiꝰ violẽ
ter auferas. Cũq; nũcius iuiſſet: ⁊ illa rogãtẽ audire
recuſaret: dixit ſe in mãdatis hr̃e vt ipm ab ea violẽ
ter auferret. Tũc ille cũ magna violẽtia cereum cepit
⁊ ipm auferre conabat. Illa aũt fortius tenebat ⁊ ſe
viriliter defendebat. Cũq; longa fieret altercatio et
hincinde cereus violẽtius traheret ſubito cereꝰ fra-
ctus eſt: ⁊ medietas in manu nũcij: ⁊ alia meditas in
manibus ipſius dñe remãſit. Ad hãc igit vehemẽtẽ
fractionẽ illa ſubito ad ſe redijt ⁊ ſe iuxta altare vbi
ſe poſuerat inueniẽs cereũ fractũ in manu ſua repe-
rit. De quo valde admirãs ĩmẽſas gr̃as btẽ virgini
reddidit q̇ eã ſine miſſa illa die remanere nõ ꝑmiſit.
ſed tali officio intereſſe fecit. Illa aũt cereũ diligen-
ter repoſuit: ⁊ ꝓ maximis reliquijs reſeruauit. Sed
⁊ oẽs vt dicit qui tũc tangebant de eo a quacũq; de-
tinebant infirmitate protinꝰ liberabant. Quedã au
tẽ alia matrona dũ eſſet grauida quadã nocte ĩ ſom
nis vidit ſe portare quoddã vexillum. qð colore ſan-
guineo erat tinctũ. Euigilans autẽ cõtinuo ſenſum
amiſit. Quã diabolꝰ adeo ludificabat vt videret ſibi
ꝙ chriſtianaz fidem quam hactenus habuerat inter
mãmillas haberet ⁊ inde continuo exiret que cum
nullatenus curari poſſet in quadam eccleſia btẽ vir
ginis in feſto purificationis pernoctauit. ⁊ integraz
ſanitatem recepit.

¶ De ſancto blaſio. xxxviij.

Blaſius quaſi blandus vel blaſius q̃ſi
belaſius a bela qð eſt habitꝰ ⁊ ſior par-
uulus. Fuit eñ blandus ꝑ dulcedinez
ſermonũ: per habitus virtutũ: paruu
lus per humilitatem morum.



Blaſius cũ oĩ mãſuetudine ⁊ ſan
ctitate polleret chriſtiani eũ in ſe
baſte ciuitate capadocie in epm elege-
rũt. Qui epiſcopatu ſuſcepto ob dio-
cletiani ꝑſecutionẽ ſpelũcã petijt ⁊ ibi
eremiticã vitã duxit. Cui aues pabu-
lũ afferebãt: ac fere ad eũ vnanimiter
ꝯfluebãt ⁊ vſq; dũ ĩponeret manũ eis bñdicẽs nõ re-
cedebãt ab eo. Deniq; ſi q̇ infirmabant ad eũ conti
nuo veniebãt ⁊ ſanitatẽ ad ĩtegrũ reportabãt. Pre-
ſes igit illiꝰ regiõis dũ milites ſuos ad venãdũ mi-
ſiſſet ⁊ illi inuanũ alibi laborãtes ad antrũ ſcti blaſij
caſu ꝑueniſſent magnã ibidẽ beſtiarũ multitudinez
añ ipm ſtantiũ reperũt. Quas dũ nullatenꝰ cape poſ-
ſent attoniti dño ſuo nũciauerũt. Qui ſtatim milites
plures miſit ⁊ vt ipm cũ oĩbꝰ xp̃ianis ad ſe adduce-
rẽt ꝑcepit. In ipſa aũt nocte ter xp̃s ei appruit dicẽs.
Surge ⁊ offer mihi ſacrificiũ. Ecce aũt aduenerunt
milites dicẽtes. Egredere vocat te ꝑſes. Quibꝰ rñ-
dit ſctũs blaſius. Bñ veniſtis filij. Nũc video qꝛ deꝰ
nõ eſt oblitꝰ mei: ꝑgẽs ꝟo cũ eis nunq̃ a ꝑdicatione
ceſſauit: ⁊ corã eis miracula multa fecit. Tũc mulier
q̇dã filiũ ſuũ morientẽ in cuiꝰ gutture os piſcis trãſ-
uerſum erat ad pedes eiꝰ attulit: ⁊ vt ſanaret cũ la-
crimis poſtulabat. Sctũs ꝟo blaſius manꝰ ſup euz
imponẽs orauit: vt puer ille ⁊ oẽs q̇ in eiꝰ noĩe aliqd
peterẽt ſanitatis bñficiũ obtinerẽt ⁊ ſtatim ſanatus
eſt. B Mulier quedã paupcula vnũ ſolũ porcũ
habẽs quẽ tñ violẽter lupꝰ rapuerat ſctm̃ blaſiũ de-
ꝑcabatur: vt ſibi reddi faceret ſuũ porcũ. Qui ſubri-

dens dixit. Mulier noli ꝯtriſtari reddeť tibi poꝛcꝰ tuꝰ ⁊ ꝯtinuo lupus venit ad viduā ⁊ poꝛcū reddidit Ingrediēs ꝟo blaſius ciuitatē iuſſu pꝛincipis carceri mancipať. Alia ꝟo die iuſſit p̄ſes ipſum ſibi p̄ntari quē vidēs blādis ſermonibꝰ ſalutauit dicēs. Gaude blaſi amice deoꝝ. Cui blaſius. Gaude tu optime p̄ſes: ſꝫ ne dicas eos deos: ſꝫ demones q̄ eterno igni cū his q̇ eos honoꝛāt tradunť. Iratꝰ p̄ſes eū fuſtibꝰ cedi iuſſit: ⁊ in carcerē retrudi fecit. Cui blaſiꝰ dixit. Inſenſate ſperas per penas tuas dei a me auferre amoꝛē qui ipſum in me habeo coꝛroboꝛatoꝛē. Audiens hoc vidua cui poꝛcū reddiderat poꝛcū ipſuꝫ occidit ⁊ caput cū pedibꝰ cādela ⁊ pane ad ſctm̄ blaſium depoꝛtauit. Ille gratias agens comedit ſibiq̨ dixit Singulis annis cādelā in eccl'ia noīs mei offeras: et tibi ⁊ quicūq̨ hoc fecerit bn̄ erit. Quod ſemꝑ egit ⁊ ſibi pꝛſperitas multa fuit. Poſt hoc cū eductū a carcere p̄ſes ad deos inclinare nō poſſet: iuſſit eū in ligno ſuſpēdi ⁊ carnē eiꝰ cū ferreis pectinibus laniari: ⁊ ſic iterū in carcerē repoꝛtari. ¶ Septē ḡ mulieres ſequētes guttas ſanguinis colligebāt q̄ moꝛ tenenť ⁊ ad deoꝝ ſacrificiū cōpellunť. Que dixerūt. Si vis vt deos tuos adoꝛemꝰ cū reuerētia mitte eos ad ſtagnū: vt ibi faciebꝰ ablutis mūdius adoꝛare poſſimus. Letꝰ p̄ſes efficiť ⁊ citꝰ qđ dixerāt adimpleť. Ille ꝟo deos arripuerūt ⁊ eos in ſtagni mediū ꝓiecerūt dicētes. Si dij ſunt videbimꝰ. Qđ p̄ſes audiēs ⁊ pꝛe ira inſaniēs ⁊ ſeipm̄ ꝑcutiēs dixit miniſtris. Cur nō tenuiſtis deos nr̄os vt nō mitterētur in ꝓfundū laci. Qui dixerūt. Doloſe tecū locute ſunt mulieres ⁊ eos in ſtagnū ꝓiecerūt. Cui mulieres. Deꝰ verus dolos nō patiť. Sꝫ ſi dij fuiſſent p̄ſciuiſſent vtiq̨ qđ eis facere volebamꝰ. Et iratus p̄ſes iuſſit plūbū liq̄factū ⁊ pectines ferreos ſeptē loꝛicas igne cādentes ex vna parari: ⁊ ex alia ꝑte ſeptē camiſias afferri lineas. Quo dicēte vt ex his qđ mallent eligerēt vna illarū duos pueros hn̄s audacter cucurrit ⁊ lineas camiſias accipiēs i caminū ꝓiecit. Pueri ꝟo matri dixerūt. Nō nos mr̄ dulciſſima poſt te relinq̄s: ſꝫ ſicut nos repleſti dulcedine lactis ſic nos reple dulcēdine regni celeſtis. Tūc p̄ſes iuſſit eas ſuſpendi: ⁊ carnes earū pectinibꝰ ferreis lamari. Quarū carnes vt nix albiſſima erāt ⁊ ꝓ ſanguine lac fluebat. Cū aūt ſupplicia inuite ferrēt angelꝰ dn̄i ad eas venit ⁊ eas viriliter cōfoꝛtauit dicēs. Nolite timere: bonꝰ em̄ operarius q̇ bn̄ incipit ⁊ bn̄ ꝑficit ⁊ a cōducēte ſe bn̄dictionē mereť ꝓ cōpleto opeꝛe: ⁊ mercedē accipit ꝓ laboꝛe: et gaudiū poſſidet ꝓ mercede. Tūc p̄ſes iuſſit eas dpo ni ⁊ i caminū mitti q̄ diuinitꝰ igne extīcto exierť illeſe Quibꝰ p̄ſes. Iā nūc magicā artem dimittite ⁊ deos nr̄os adoꝛate. Que rn̄derūt. Perfice qđ cepiſti quia iā ad regnuꝫ celeſte vocate ſumus. Tūc ille data ſn̄ia eas decollari mandauit. Que dū decollari deberent flexis genibꝰ adoꝛauerūt dicētes. Deꝰ q̇ nos a tenebꝛis ſeparaſti: ⁊ in hāc lucē dulciſſimā adduxiſti q̇ nos ſacrificiū tuū feciſti aīas nr̄as ſuſcipe ⁊ ad vitā eternā facias ꝑuenire: ⁊ ſic trūcatis capitibꝰ ad dn̄m migrauerūt. ¶ Poſt hᷓ iuſſit p̄ſes blaſium ſibi p̄ntari: ⁊ dixit ei. Vel nūc adoꝛa deos vel nō. Cui blaſius. Impie nō timeo minas tuas age: vt vis coꝛpus em̄ meū penitꝰ tibi trado. Tūc iuſſit eū mitti in ſtagnuꝫ Ipſe ꝟo aquam ſignauit ⁊ mox ſicut terra arida ſixa ꝑmanſit. Dixitq̨ eis. Si vere ſunt dij veſtri oſtendite virtutem eoꝛum ⁊ ingredimini huc. Ingreſſiq̨ lxv. viri ſtagnum continuo ſunt ſubmerſi. Angelꝰ autem domini deſcendens dixit ei. Egredere blaſi ⁊ coronam tibi a deo paratā ſuſcipe. Cumq̨ exiſſet dixit ad eum pꝛeſes. Omnino decreuiſti non adoꝛare deos. Cui blaſius cognoſce miſer q̄ xp̄i ſeruꝰ ſum: nec demones adoꝛo. Et ſtatim iuſſit eū decollari. Ipe aūt ad dominū oꝛauit vt quicūq̨ pro infirmitate gutturis vel alia quacūq̨ infirmitate eius patrocinia poſtularet exaudiri cōtinuo mereretur: ⁊ ecce vox de celo ad eum venit ꝙ ſic fieret vt oꝛauit. Sicq̨ p̄nomiatus ſanctus cum duobus puerulis decolatus eſt circa annos domini. cclxxxiij.

¶ De ſancta agatha virgine. xxxix.

AGatha dicit ab agios qđ eſt ſanctus ⁊ theos deus quaſi ſctā dei. Tria enim ſunt ſicut dicit. Chryſo. q̄ ſctm̄ faciunt, illa perfecte fuerūt in ea. ſ. oꝛdinis mūdicia: ſpūſſancti pꝛeſentia: ⁊ bonoꝝ operuꝫ affluētia. Vel dꝛ ab a qđ eſt ſine: ⁊ geos terra: ⁊ theos deus: quaſi dea ſine terra. i. ſine amoꝛe terrenoꝛum. Vel ab aga quod eſt loquens: et thau cōſummatio: quaſi cōſummate ⁊ ꝑfecte loquēs: qđ patet i ſuis reſpōſis. Vel ab aga qđ eſt ſeruitus ⁊ thaas ſuperioꝛ: q̄ſi ſeruitus ſuperioꝛ: ⁊ hoc ꝓpter illud qđ dicit ſumma ingenuitas eſt iſta ⁊c. Vel ab aga qđ ē ſolēnis et thau cōſummatio: q̄ſi ſolēniter conſummata. i. ſepulta, quod patet in angelis qui eam ſepelierunt.



AGatha ꝟgo ingenua mēte ⁊ coꝛpoꝛe pulcerrima i vꝛbe cathanienſiū deuꝫ ſemꝑ in oī ſctītate colebat. Quītianꝰ aūt ꝯſularꝭ ſicilie cū eēt ignobilis: libidinoſus: auarꝰ: ⁊ idolis deditus btāꝫ agathā cōpꝛehēdere nitabať vt q̄ erat ignobilis compꝛehendendo nobilē timereť: q̄ libidinoſus eiꝰ pulcritudine frueretur: q̄ auarꝰ eiꝰ diuitias raperet: q̄ idolatra dijs eā faceret imolare. Fecitq̨ eā ad ſe adduci. Que cum adducta eēt ⁊ eiꝰ immobile ꝓpoſitū cognouiſſet tradidit eā cuidā meretrici noīe affrodiſia ⁊ nouē filiabus eius eiuſdē turpitudinis. vt q̄ per. xxx. dies. ſuaderent ei quomō eius animū immutarēt. Et modo ꝓmittendo leta modo terrēdo ꝑ aſpera ſperabāt eā a bono ꝓpoſito reuocare quibꝰ beata agatha dixit Mēs mea ſupꝛa petrā ſolidata eſt ⁊ in xp̄o fundata. Verba veſtra vēti ſunt ꝓmiſſiōes veſtre pluuie ſunt terroꝛes veſtri flumina ſunt. Que quantūuis impugnāt fundamētum domus mee cadere non valebit. Hec aūt dicens flebat quotidie ⁊ oꝛabat ſitiens ad martyꝛij palmam peruenire. Videns igitur affrodiſia ipſam immobilem permanere dixit quintiano. Facilius poſſunt ſaxa molliri et ferrum in plumbi molliciem conuerti ꝙ ab intentione chꝛiſtiana mens puelle conuerti ſeu reuocari. Tunc quintianus fecit eam ad ſe adduci: et ait illi. Cuius conditionis es. Cui illa. Non ſolum ingenua ſed et ſpectabilis genere: vt omnis parentela mea teſtatur. Cui quintianus. Si ingenua es cur moꝛibus te ſeruilē perſonaꝫ



habere oſtēdis. Illa reſpondit. Quia ancilla chꝛiſti ſum: ideo ſeruilem meam exhibeo perſonam. Quintianus dixit. Si te ingenuā dicis quomodo ancillam aſſeris. Illa reſpondit. Summa ingenuitas eſt iſta in qua ſeruitus chꝛiſti compꝛobatur. Quintianus dixit. Elige quod volueris: aut ſcilicet dijs ſacrificare: aut diuerſa ſupplicia ſuſtinere. Cui agatha. Sit talis vxoꝛ tua qualis fuit venus dea tua: ⁊ tu talis ſis qualis fuit deus tuus iupiter. Tunc quintianꝰ iuſſit eam alapis cedi: dicens. In iniuriam iudicis noli temerario oꝛe garrire. Agatha reſpōdit. Miroꝛ te viꝝ pꝛudentem ad tātam ſtultitiam deuolutum: vt illos dicas deos tuos eſſe quoꝛum vitam non cupias tuā coniugem vel te imitari: vt dicas tibi iniuriam fieri ſi eoꝛuꝫ viuas exemplo. Nam ſi dij tui ſunt boni bonum tibi optaui. Si autem execraris eoꝛum conſoꝛtia mecuꝫ ſentis. Quintianus dixit. Quid mihi verboꝛum ſuperfluus curſus: aut ſacrifica dijs: aut te faciam diuerſis ſupplicijs interire. Agatha rn̄dit. Si feras mihi ꝓmittas audito xp̄i noīe manſueſcunt. ſi ignem adhibeas de celo roꝛem ſaluificū angeli miniſtrabunt. ſi plagas vel toꝛmenta ingeras habeo ſpiritū ſanctū per quem deſpicio vniuerſa. ¶ Tunc iuſſit eam trahi ad carcerem: quia voce cum publica cōfundebat. ad quem letiſſime et gloꝛianter ibat et ad epulas inuitata agonē ſuū dn̄o cōmendabat. Sequenti die dicit Quintianus. Abnega xp̄m et adoꝛa deos. que cuꝫ renueret iuſſit eam in eculeo ſuſpendi ⁊ toꝛqueri. Dixitq̨ agatha. Ego in his penis ita delectoꝛ ſicut qui bonuꝫ nuncium audit. Aut qui videt quē diu deſiderauit: aut qui multos theſauros inuenit. Non em̄ pōt triticū i hoꝛreū poni: niſi techa eiꝰ fuerit foꝛtiter conculcata ⁊ in paleas redacta. Sic anima mea non poteſt intrare in paradiſum cuꝫ palma martyꝛij niſi diligenter feceris coꝛpus meū a carnificibus attrectari. Tūc iratꝰ Quintianus iuſſit eius mamillā toꝛqueri ⁊ toꝛtam diutiſſime iuſſit abſcidi. Cui agatha. Impie crudelis et dire tyꝛāne nō es cōfuſus amputare in femina qđ ipſe in matre ſuxiſti. Ego habeo mamillas integras intus in aīa mea ex quibus nutrio oēs ſenſus meos quas ab īfantia domino conſecraui. ¶ Tunc iuſſit eā in carcerē recipi ꝓhibēs ingreſſum medicoꝝ ⁊ panē vel aquā ſibi ab aliquo miniſtrari. Et ecce circa mediā noctē venit ad eā quidā ſenex quē antecedebat puer luminis, poꝛtitoꝛ diuerſa ſecū ferens medicamēta et dixit ei. Licet cōſularis inſanus toꝛmētis te afflixerit: tu eum tuis reſpōſis ampliꝰ afflixiſti. Et lꝫ vbera tua toꝛſerit: ſꝫ illius vbertas in amaritudinē conuerteť. Et qm̄ ibi eram qn̄ hec patiebaris vidi q̄ mamilla tua pōt curā ſalutis ſuſcipere. Cui agatha. Medicinam carnalē coꝛpoꝛi meo nūq̄ꝫ exhibui. ⁊ turpe ē vt quod tādiu ſeruaui nūc perdā dixit ei ſenex. Filia ego xp̄ianus ſum ne verecūderis. Cui agatha. Et vn̄ verecūdari poſſum: cū tu ſis ſenex ⁊ grandeuus ego ꝟo ita crudeliter lacerata ꝙ nemo de me poſſit concipere voluptatem ſed ago tibi gratias dn̄e pater q̄ ſollicitudinem tuaꝫ mihi impēdere dignatus es. Cui ille. Et quare nō ꝑmittis vt curē te. Agatha rn̄dit. Quia habeo dn̄m ieſum xp̄m qui ſolo verbo curat oīa: ⁊ ſermone reſtaurat vniuerſa: hic ſi vult pōt me cōtinuo curare. Et ſubꝛidēs ſenioꝛ dixit. Et ego ap'ſ eiꝰ ſum ⁊ ipſe me miſit ad te: ⁊ in noīe eius ſcias te eſſe ſanataꝫ. Et cōtinuo petrus ap'ſ diſparuit. Et pꝛocidēs beata agatha gr̄as agens inuenit ſe vndiq̨ ſanatam ⁊ mamillā ſuo pectoꝛi reſtitutā. cū ergo ex immenſo lumine cuſtodes territi effugiſſent: ⁊ apertū carcerē reliq̄ſſent rogabāt eā quidā vt abiret. Abſit inquit vt fugiā ⁊ coꝛonā patientie ꝑdā: ⁊ cuſtodes meos tribulationibus tradam. ¶ Poſt dies quattuoꝛ dixit ei. Quintianus vt deos adoꝛaret ne grauioꝛa ſupplicia ſuſtineret. Cui agatha. Verba tua fatua ſunt ⁊ vana aerē maculātia ⁊ iniqua. Miſer ſine intellectu quō vis vt lapides adoꝛē ⁊ deum celi qui me ſanauit dimittam. Quintianus dixit. Et quis te ſanauit. Cui agatha. Xp̄s filius dei. Quintianus dixit. Iterum tu xp̄m audes nominare quē ego nolo audire. Agatha dixit. Quādiu vixero xp̄m coꝛde et labijs inuocabo. Quintianus dixit. Nunc vide ſi xp̄s te curabit. Et iuſſit teſtas fractas ſpargi ⁊ ſuper teſtas carbones ignitos mitti ⁊ ipāꝫ deſuper nudo coꝛpoꝛe voluptari. Qđ cū fieret ecce terremotus nimiꝰ factus eſt qui totā ciuitatem ita concuſſit vt palatiū coꝛruens duos conſiliarios quintiani oppꝛimeret et omnis populus ad eum concurreret conclamans ꝙ pꝛopter iniuſtū agathe cruciatum talia paterentur. Tunc quintianus ex vna parte terremotum ex alia ſeditionem populi metuens ipſam iterum in carcerem recipi iuſſit vbi ſic oꝛauit dicens. Domine ieſu xp̄e qui me creaſti, ⁊ ab infantia cuſtodiſti qui coꝛpus meū a pollutione ſeruaſti ⁊ a me amoꝛem ſeculi abſtuliſti: ⁊ qui toꝛmenta me vincere feciſti. ⁊ in eis virtutē patientie tribuiſti accipe ſpiritum meum ⁊ iube me ad tuā miſericoꝛdiā peruenire. Hec cū oꝛaſſet cuꝫ ingenti voce ſpirituꝫ tradidit circa annum dn̄i. cclij. Sub daciano al'ſ decio imperatoꝛe. ¶ Cū autem fideles cū aromatibus coꝛpus eius cōdirēt: ⁊ in ſarcophago collocarēt quidā iuuenis ſericis indutꝰ cum pluſq̄ꝫ centum viris pulcerrimis ⁊ oꝛnatis ac albis indutis qui nunq̄ꝫ in illis partibꝰ viſi fuerant ad coꝛpus eius venit ⁊ tabulā marmoꝛeā ad caput eius ponens ab oculis oīm ſtatim diſparuit: erat aūt in pꝛedicta tabula ſcriptū. Mentē ſanctā ſpōtaneā honorē deo: ⁊ patrie liberationē. qđ ſic intelligiť. Menteꝫ ſanctam habuit ſpōtaneā ſe obtulit. honoꝛē deo dedit: ⁊ patrie liberationē fecit ⁊ hoc miraculo diuulgato etiā gētiles ⁊ iudei ſepulcruꝫ eius plurimū venerari ceperunt. Quintianus aūt dū ad eius inueſtigādas diuitias ꝑgeret duobus equis inter ſe fremētibꝰ dētibus calceſq̨ iactātibus vnus eū moꝛſu appetijt alter calce ꝑcuſſum in flumine ꝓiecit: ita ꝙ coꝛpꝰ eius nuſq̄ꝫ potuit inueniri. Reuoluto anno circa diē natalis eius mons quidā maximus circa ciuitatem ruptus eructauit incendiū qđ quaſi toꝛrēs de mōte deſcendens: ⁊ ſaxa terrāq̨ liquefaciēs ad vꝛbē cum magno īpetu veniebat. Tunc paganoꝛuꝫ multitudo deſcēdit de mōte ⁊ ad ſepulcruꝫ eiꝰ cōfugiēs veliū eiꝰ quo coopertū erat ſepulcruꝫ arripuit ⁊ ipm̄ ſtatuit cō ignem ſtatim in die natalis ipſiꝰ ꝟgis ignis ſtetit et vltra yllatenꝰ nō ꝓceſſit. De hac ꝟgine dicit Ambꝛo.

in ꝑſatione. O felix ⁊ inclyta virgo q̄ meruit dn̄i pro laude fidelis martyris ſanguinē clarificare ſuū. O illuſtris ⁊ glorioſa gemīo illuſtrata decore qualit̄ tot tormēta aſpera cunctis prelata miraculis ⁊ myſtico pollens ſuffragio apoſtoli meruit viſitatione curari ſic nuptam xp̄o ſuſceperūt ethera ſic humani artus glorioſa fulgent obſequia vbi angelorū chorus ſanctitatem mentis ⁊ patrie indicat liberationem.

¶ De ſancto vedaſto. xl. A

VEdaſtus quaſi vere dās eſtus: quia vere ſibi dedit eſtus afflictionis ⁊ penitētie. Vel quaſi vhe diſtās q: vhe eternū ab eo diſtat. Naʒ dānati ſemper dicēt vhe. ſ. q: deū offēdi. vhe q: diabolo cōſenſi. vhe q: natus fui: vhe q: mori non valeo. vhe q: tā male torqueor: vhe q: nūꝗ̄ liberabor. A



VEdaſtus a btō remigio in attrabatēſem ep̄ʒ ordinatus fuit. Qui cū ad portā ciuitatis veniſſet: ⁊ ibideʒ duos pauperes vnū cecū ⁊ aliū claudū petētes eleemoſynā reperiſſʒ dixit eis Argentū ⁊ aurū non eſt mihi. qđ autē habeo vobis do. Et facta oratiōe vtroſq̄ ſanauit. Cumq̄ autem in quadā eccleſia derelicta vepribus opta lup⁹ habitaret eidē p̄cepit vt inde fugeret: nec vltra illuc redire auderet: qđ ⁊ factum eſt. Deniq̄ cū verbo ⁊ opere multos ꝯuertiſſet: quadrageſimo anno ſui ep̄atus vidit colūnā igneam a celo vſq̄ in domū ſuā deſcēdētē: qui finē ſuū adeſſe cōſiderās poſt modicū in pace quieuit circa annum dn̄i q̄ngenteſimū quinquageſimū. Cum aūt corpus ei⁹ tranſferretur audomatus pre ſenio cecus dolens ꝙ corpus ep̄i videre non poterat, mox lumen recepit: ſed poſtmodum ad votum ſuum lumen amiſit.

¶ De ſancto amando. xlj. A

AMād⁹ dicit̄ q: amabilis fuit. Habuit enim tria in ſe q̄ faciunt hoīem amabilē. Primū eſt ſocietas grata prouerb. xviij. Vir amabilis ad ſocietatē magis amicus eſt ꝙ̄ frater. Scđʒ eſt cōuerſationis honeſtas: ⁊ ſic dr̄ de Heſter. ij. c. ꝙ oīm oculis amabilis videbat̄. Tertiū eſt ꝓbitatis virtuoſitas ij. reg. i. Saul ⁊ Jonathas amabiles ⁊ decori.



AMandus ex nobilibus parentibus ortus monaſteriū introiuit. Qui dū ꝑ monaſteriuʒ ambularet quēdam maximuʒ ſerpētem inuenit queʒ ſtatim virtute crucis ⁊ oratiōe ad foueam vnde exierat redire coegit nūꝗ̄ inde exiturū. Veniēs aūt ad ſepulchruʒ ſcti martini ānis. xv. ibi māſit cilicio indut⁹ ⁊ aq̄ ⁊ pane ordeaceo ſuſtētatus. Poſt hoc dū romā iuiſſet. ⁊ in eccl'ia ſcti petri in orone ꝑnoctaret cuſtos eccleſie ipm inreuerenter foras eiecit: q̄ dū ad admonitioneʒ ſcti petri q̄ ſibi ante fores eccl'ie dormiēti apparuit ad gallias iuiſſet ⁊ ibidē regē dagobertū ꝓ ſuis criminib⁹ icreparet irat⁹ rex eū de ſuo regno eiecit. Deniq̄ cū rex filiū nō hēret ⁊ orone fctā ad dn̄ʒ filiū habuiſſet cogitare cepit: a q̄ ifātē ſuū faceret baptizari. Venitq̄ i mētē ei⁹ vt ab amādo eū baptizari faceret

arthemius cõuocans ⁊ manus eoꝝ deoſculãs dixit. vt ſi quis vellet venire ad martyrium veniret intrepidus: quod ſi quis nollet abiret illeſus. Comperto aũt iudex ꝙ marcellinus ⁊ petrus eos baptizaſſent ipſos accerſiuit ⁊ eos ſeparatim in carcere recluſit. Marcellinus quidem nudus ſuper vitrũ fractũ cõſternitur: ⁊ ei lumẽ ⁊ aqua negatur. Petrus vero in alio carcere altiſſimo ⁊ arctiſſimo cipo cõſtringitur. Angelus aũt dñi marcellinũ induens ⁊ ſoluẽs ipſum cũ petro in domo arthemij reſtituit: vt ſeptẽ diebus populũ cõfortarẽt ⁊ poſtea ſe iudici preſentarent. Cuʒ ergo predictus iudex eos in carcere non inueniſſet accerſitũ arthemiũ ⁊ ſacrificare nolentẽ in terra cuʒ vxore ſua obrui iuſſit. Quod ſcti marcellinus ⁊ petrus audientes illuc venerũt ⁊ in illa cripta ſeptẽ diebus ſanctus marcellinus chriſtianis ſe ꝓtegẽtibus miſſam celebrauit. Dixeruntq; ſcti ad incredulos. Ecce arthemium potuiſſemus liberare ⁊ nos abſcõdere ſed neutrũ voluimus facere. Tũc irati gẽtiles arthemiũ gladio necauerunt matrẽ vero cũ filia lapidibus obruerũt: marcellinũ aũt ⁊ petrũ ad ſyluã nigrã que nũc candida ꝓpter eoꝝ martyriũ vocatur decollarũt tpe diocletiani qui cepit anno dñi. cclxxxvij. Quorũ aĩas veſtibus ſplẽdidis ⁊ gẽmis indutas ab angelis in celũ deferri ſpeculator noĩe dorotheus vidit. Vñ xp̃ianus effectus poſtmodum in pace quieuit.

¶ De ſanctis primo ⁊ feliciano. lxxv. A

PRimus quaſi ſummus ⁊ magnus. Felicianus quaſi felix anus .i. felix ſenex. Ille enim dicitur ſummus ſiue magnus dignitate ꝓpter martyrij paſſionem: poteſtate ꝓpter miraculorũ operationẽ: ſanctitate ꝓpter vite perfectionẽ: felicitate ꝓpter glorioſam fruitionẽ. Iſte autẽ dicitur ſenex non tm̃ propter tpis antiquitatem: ſed etiam propter reuerentie dignitatem propter ſapiẽtie maturitatem ⁊ propter morum grauitatem.



PRimus ⁊ felicianus apud diocletianũ ⁊ maximianũ a templorum pontificibus accuſantur: ꝙ niſi eos ſacrificare fecerint nulla a dijs bñficia obtinere valebũt. Iuſſu igitur imperatorum in carcere recluduntur: ſed ab angelo viſitantur ⁊ a vinculis quibus erant ligati abſoluuntur ⁊ liberi in carcere deambulantes dñm clara voce collaudabant. Poſtmodum iterum imperatoribus pñtantur. Qui cum in fide firmi perſiſterent crudeliter laniati ab inuiceʒ ſeparantur. Dixitq; preſes feliciano vt ſue ſenectuti cõſuleret et dijs immolaret. Cui felicianus. Ecce iam octoginta annos habeo: ⁊ xxx. anni ſunt ex quo veritatẽ agnoui ⁊ elegi deo viuere qui me põt de tuis manibus liberare. Tunc iuſſit preſes eum ligari ⁊ clauos in manibus ⁊ pedibus affigi. eiq; dixit. Tãdiu ſic eris donec nobis conſenſeris. Qui dum leto vultu perſiſteret eum ibidẽ torqueri iuſſit ⁊ nihil penitus miniſtrare. Poſt hoc ſanctum primũ adduci fecit eiq; dixit. Ecce frater tuus imperatorũ decretis cõſenſit. et ob hoc magnus in palatio veneratur. Tu ergo ſimiliter age. Cui ille. Licet diaboli filius ſis. Verũ tamẽ in parte dixiſti: q2 frater meus imperatoris celeſtis decreto conſenſit. Tunc iratus preſes iuſſit facibus latera eius incendi: ⁊ plumbum buliens in os eius infundi cernente feliciano vt ſic terreri poſſet. Ipſe autem plũbum tanq̃ frigidam aquam ſuauiter bibit. Tũc preſes iratus duos leones ad eos mitti precepit. Qui ſtatim ad pedes eoꝝ ſe proiecerunt ⁊ tanq̃ agni manſueti coram eis ſteterunt. Rurſus vrſas crudeles dimittit: ⁊ cum leonibus manſueſcunt. Aderãt ad hoc ſpectaculum pluſq̃ xij. millia viroꝝ de quibus .d. viri in dño crediderunt. Preſes autem ſanctos fecit decollari ⁊ eorum corpora canibus ⁊ auibus ꝓijci. Sʒ tñ ab his illeſa a chriſtianis honorifice ſunt ſepulta. Paſſi ſunt aũt circa annos dñi. cclxxxvij.

¶ De ſancto barnaba. lxxvi. A

BArnabas interpretatur filius venientis vel filius cõſolationis: aut filius ꝓphete: aut filius cõcludẽs. Quatuor vicibus ponitur filius ꝓpter quatuor modos filiationis ipſius. Dicitur enim filius in ſcriptura ratione generationis: eruditionis: imitatiõis: ⁊ adoptiõis. Fuit enim a xp̃o regeneratus ꝑ baptiſmũ eruditus ꝑ euãgeliũ: ipſum imitatus ꝑ martyriũ: ⁊ ab ipſo adoptatus ꝑ celeſte premiũ. Et hoc quantũ ad ſe. Quãtum vero ad alios fuit adueniẽs: conſolans: ꝓphetãs ⁊ cõcludens. Adueniẽs diſcurrẽdo ⁊ p̃dicãdo vbiq; qđ patet: q2 fuit ſocius pauli. Cõſolans pauperes ⁊ deſolatos pauperes quibus eleemoſynã detulit deſolatos quibus ex parte apl'oꝝ epiſtolas deſtinauit. Prophetans q2 ꝓphetie ſpiritu claruit. Cõcludẽs quia magnam multitudinem in fide cõcluſit ⁊ adunauit: ſicut patet cũ miſſus fuit in antiochiã. De his quatuor Actuum. xj. Erat vir .i. virilis quãtum ad primum: bonus quantum ad ſcđm: plenus ſpũ ſctõ quãtũ ad tertiũ. ⁊ fidelis quãtũ ad quartũ. Eius paſſionẽ cõpilauit ioannes qui ⁊ marcus eius cõſobrinus: ⁊ maxime a viſione ipſius ioãnis vſq; fere in finem. Quã beda de greco in latinum creditur tranſtuliſſe. B



BArnabas leuites cyprius genere vnus de .lxxij. diſcipulis dñi ab hiſtoria actuũ in multis extollitur ⁊ laudatur. Fuit nãq; optime informatus ⁊ ordinatus. ⁊ hoc quãtũ ad ſe ⁊ quãtum ad deũ: ⁊ quãtũ ad primũ. Quantum ad ſe ordinatus extitit ſcđm tres vires. ſcʒ rõnalem cõcupiſcibilẽ ⁊ iraſcibilẽ. Habuit nãq; rationem illuſtratã lumine cognitionis. Vnde dicitur Act. xiij. Erãt aũt in eccl'ia q̃ eſt antiochie ꝓphete ⁊ doctores in quibus barnabas ⁊ ſymon ⁊c. Scđo habuit cõcupiſcibilẽ purgatã a puluere mũdane affectiõis. Vñ dr̃ Act. iiij. ꝙ ioſeph qui cognominatus eſt barnabas cũ haberet agrũ vẽdidit illũ ⁊ ꝑtiũ attulit ⁊ poſuit ad pedes apl'oꝝ. Vbi dicit gl. Deſtituẽdũ ꝓbat qđ tãgere deuitat: ⁊ docet calcãdum aurum qđ ſubdit greſſibus apl'oꝝ. Tertio habuit iraſcibilẽ roboratã magnitudine ꝓbitatis: ⁊ hoc vel viriliter aggrediẽdo ardua vel perſeuerãter augendo fortia vel cõſtanter ſuſtinẽdo aduerſa. Viriliter aggrediẽdo ardua, ſicut patet in hoc ꝙ illã magnã ciuitatem antiochiam ad conuertendũ accepit ſicut patet etiã Act. ix. q2 cũ poſt cõuerſionẽ paulus hieroſolymã veniſſet ⁊ diſcipulis ſe iungere vellet: ⁊ oẽs eum tanq̃ lupũ agni fugerẽt: barnabas ipſum audacter apprehẽdit et ad apoſtolos duxit. Perſeuerãter operãdo fortia: q2 corpus ſuũ macerauit ⁊ ieiunijs afflixit. Unde dr̃ Act. xiij. de barnaba et de quibuſdaʒ alijs. Miniſtrãtibus autẽ illis dño ⁊ ieiunãtibus ⁊c. Cõſtãter ſufferendo aduerſa ſicut apoſtoli perhibẽt ei teſtimoniũ dicentes. Cum chariſſimis noſtris barnaba ⁊ paulo hoĩbus qui tradiderũt aĩas ſuas pro noĩe dñi noſtri ieſu xp̃i. Scđo fuit ordinatus quãtũ ad deum deferendo dei autoritati maieſtati et bonitati. Autoritati qđ patet ex hoc ꝙ officiuʒ p̃dicationis ſibi non vſurpauit. ſed hoc autoritate dei accipere voluit. ſicut habetur Act. xiij. Dixit ſpũſſanctus. Segregate mihi barnabã ⁊ paulum in opus ad qđ aſſumpſi eos. Secũdo dei maieſtati. Cũ em̃ ſicut habetur Act. xiij. maieſtatem diuinã ſibi quidã vellent attribuere ⁊ ei tanq̃ deo hoſtias immolare vocãtes eum iouẽ tanq̃ priorẽ et paulʒ mercuriũ tanq̃ prudentem et eloquẽteʒ continuo barnabas et paulus conciſſis tunicis clamauerunt. Viri quid facitis. Et nos mortales ſimiles ſumus vobis hoĩes annuntiãtes vobis ab his vanis dijs cõuerti ad deum viuuʒ. Tertio dei bonitati. Naʒ ſicut habetur Act. xv. cũ bonitatẽ gratie dei de qua gratis ⁊ non ex lege ſumus ſaluati: quidã cõuerſi de iudeis artare et diminuere vellent aſſerentes hoc ſine circũciſione nequaq̃ ſufficere: paulus ⁊ barnabas contra eos viriliter reſtiterunt: ⁊ ſolam bonitateʒ gratie dei ſine lege ſufficere oſtenderũt. Inſuper ⁊ queſtionẽ ad apoſtolos detulerunt: ⁊ contra illoꝝ errorem apoſtoloruʒ epiſtolas impetrauerũt. ¶ Tertio fuit optime ordinatus q̃tum ad proximuʒ quia gregem ſuũ pauit verbo: exẽplo: ⁊ beneficio. Verbo q2 verbũ dei ſollicite euangelizauit. vñ dr̃ Act. xv. Paulus ⁊ barnabas demorabantur antiochie docentes ⁊ euãgelizãtes cum alijs pluribus verbũ dñi. Hoc etiã patet per illã maximã multitudinẽ quã antiochie conuertit adeo vt ibi vocarentur primo diſcipuli xp̃iani. Scđo exẽplo quia vita ſua fuit omnibus ſpeculũ ſanctitatis ⁊ exẽplar religiõis. Fuit em̃ in omni ſuo opere virilis et ſtrenuus oĩum moꝝ bonitate cõſpicuus: omni grã ſpũſſancti plenus ⁊ omni virtute ⁊ fide preclarus. De his quatuor habetur Act. xv. Miſerũt barnabã antiochiam Et ſequitur. Hortabatur oẽs ꝓpoſito cordis permanere in dño: q2 erat vir bonus plenus ſpũſctõ ⁊ fide. Tertio bñficio ⁊ hoc dupliciter. Eſt em̃ duplex bñficiũ ſiue eleemoſyna .ſ. tẽporalis q̃ cõſiſtet ĩ neceſſariorum ſubminiſtratiõe: ⁊ ſpũalis q̃ cõſiſtit in offenſe dimiſſione. Primã habuit barnabas qñ eleemoſynaʒ fratribus qui erant in hieruſalẽ detulit. Nã ſicut dr̃ Act. xj. Cũ facta eſſet fames maxima ſub claudio ſcđm ꝙ ꝓphetauerat agabus: diſcipuli ꝓut quiſq; habebat ꝓpoſuerunt in miniſteriũ mittere habitantibus in iudea fratribus. Quod ⁊ fecerunt mittẽtes ad ſeniores per manus barnabe ⁊ pauli. Secũdã habuit q2 ioanni qui cognominabatur marcus offenſam dimiſit. Cũ em̃ predictus diſcipulus barnabã ⁊ paulum reliquiſſet: redeũti tñ ⁊ penitẽti barnabas indulſit ⁊ iterũ in diſcipulũ aſſumpſit. Paulus aũt ipſum iterũ aſſumere in diſcipulũ renuit. ⁊ iđo inter eos ſeparatio facta fuit. Vterq; cũ ex pia cã ⁊ intẽtione fecit. Nã ꝙ barnabas ipſum aſſumpſit hoc fecit ex dulcedine miſericordie. ꝙ aũt paulus ipſum aſſumere noluit hoc fecit ex feruoris rectitudine. Nã ſicut ibidẽ dicit gl. Act. xv. Quĩ in frõte aciei ſe cõſtituẽs nimis trepidus ſteterat merito ipſum paulus abiecit ne illius q̃ſi contagiõe vires alioꝝ corrũperẽtur. Illa aũt ſeparatio nõ eſt facta ex cõmotione vitij: ſed ex inſtinctu ſpũſſcti vt .ſ. abinuicẽ ſepararentur ⁊ pluribus predicarent ſicut ⁊ poſtmodũ factũ eſt. D Nã cũ eẽt barnabas in iconio ciuitate: p̃dicto ioanni eius cõſobrino vir quidã ſplẽdibus in viſu apparuit dicẽs. Ioãnes cõſtãs eſto: q2 amodo nõ ioãnes. ſʒ excelſus vocaberis. Quod cũ ille barnabe retuliſſet rñdit ei. Caue diligẽter ne cuiq̃ qđ vidiſti reueles. Nã ⁊ mihi fili dñs hac nocte apparuit dicẽs. Cõſtans eſto barnaba: q2 eterna p̃mia ꝑcipies: eo ꝙ gentẽ tuã reliquiſti ⁊ animã tuã ꝓ meo noĩe tradidiſti. Cũ ergo paulus ⁊ barnabas diu in antiochia p̃dicaſſent: angelus q̃ dñi paulo apparuit dicẽs. Feſtina venire hierl'm q2 quidã fratres aduentũ tuũ p̃ſtolantur ibidẽ. Cũ q̃ barnabas cypriũ vellet ꝑgere ⁊ parẽtes ſuos inuiſere: paulus autem hierl'm ꝓperare vellet: ſancto ſic inſtigãte ſpũ abinuicẽ diſceſſerũt. Verũ cũ paulus barnabe qđ ſibi angelus dixerat indicaſſet. reſpõdit barnabas. Fiat voluntas dñi. Nũc aũt cypriũ vado ⁊ ibidẽ vitã finiens te amplius nõ videbo. Et cuʒ flens eius pedibus ſe humiliter volutaret: cõpatiẽs ei paulus dixit. Noli flere q2 ſic dñi eſt voluntas. Nã ⁊ mihi dñs in hac nocte apparuit dicẽs. Ne ꝓhibeas barnabã ire cypriũ q2 multos ibidẽ illuminabit ⁊ martyriũ cõſummabit. Pergẽs igitur barnabas cypriũ cũ ioãne: euangeliuʒ ſancti matthei ſecũ detulit ⁊ ſuper infirmos ponẽs multos dei virtute ſanauit. Cũ aũt de cypro exiſſent inuenerũt elymã magũ quẽ paulus lumine oculoꝝ ad tẽpus priuauerat. Qui eis reſtitit ⁊ paulũ intrare ꝓhibuit. Hic igitur quadã vidit barnabas hoĩes ⁊ mulieres nudas currẽtes ⁊ ſua feſta agẽtes. Vñ indignatus tẽplo maledixit ⁊ ſubito pars eius corruẽs multos oppreſſit. Tandẽ ſalaminã deuenit ⁊ ibidẽ cõtra eũ p̃dictus magus ſeditionẽ nõ modicam excitauit. Cõprehẽdẽtes igitur iudei barnabã: multis effectũ iniurijs trahebãt ⁊ iudici ciuitatis puniendũ tradere feſtinabãt. Cõperto auteʒ ꝙ euſebius vir magnus et potẽs de gñe neronis illuc aduiniſſet: timuerũt iudei ne ipſum de manibus eoꝝ eriperet ⁊ ſic liberũ abire ꝑmitteret. Ligãtes igitur funẽ in collo eius extra portam eũ traxerũt ⁊ ibidẽ ꝓtinus cõbuſſerũt. Deniq; nec ſic impij iudei ſatiati: oſſa eius in quodam vaſe plũbeo recluſerũt in mare eadẽ precipitare volẽtes. Ioãnes aũt diſcipulus eius cũ duobus alijs de nocte cõſurgẽs ea rapuit ⁊ in quadã cripta occulte ſepeliuit. Que ibidẽ vt ait ſigibertus vſq; ad tpa zenonis imperatoris et gelaſij pape: ⁊ vſq; ad annũ dñi. d. latuerũt. Sʒ nũc ipſo reuelãte repta fuerũt. Beatus autẽ dorotheus ſic ait. Barnabas in roma xp̃m primũ predicauit epiſcopus mediolanenſis factus.

❡ De ſanctis vito et modeſto. lxxvij

Vitus dicit̃ a vita. Diſtinguit autē Aug. in lib. de ciuitate dei triplex genus vite ſcʒ actuoſum quod pertinet ad vitā actiuam: otioſum quod ꝑtinet ad otiū ſpirituale vite cōtēplatiue. ⁊ ex vtroqʒ compoſitum. Et iſtud triplex genus vite fuit in eo. Uel vitus quaſi virtus. i. virtuoſus. Modeſtꝰ quaſi ſtās in medio hoc eſt in medio virtutis: qualibet eñ virtutē tanq̄ medium circūſtant duo vitia tanq̄ extrema. Nam extrema prudentie ſunt doloſitas ⁊ fatuitas. Extrema temperantie deſideriorum carnalium adimpletio: ⁊ omnimoda ſui afflictio. Extrema fortitudinis: puſillanimitas ⁊ temeritas. Extrema iuſtitie: crudelitas ⁊ remiſſio. A



Vitus puer egregiꝰ et fidelis annorum duodecim in ſicilia martyriū paſſus eſt. Hic a p̄re crebro v̄berat̃: ex eo ꝙ idola cōtēnebat: nec adorare volebat. Quod audiens valerianus prefectus puerū accerſiuit ⁊ ſacrificare nolentem fuſtibus cedi iuſſit. Brachia aūt verberantium ⁊ manus prefecti aruerunt. Clamauitqʒ prefectus. Ue mihi quia manū amiſi. Cui vitus accedant dij tui ⁊ te ſanent ſi poſſunt. Cui ille Nunquid et tu facere vales hoc. Cui vitus in nomine dei mei valeo. Statimqʒ pro eo orauit ⁊ ſanitatē ſibi obtinuit. Dixitqʒ prefectus patri. Corrige filiū tuū ne male pereat. Tunc eum in domū ducēs diuerſis muſicoꝝ generibus et puellarū luſibus aliarūqʒ deliciarum generibus immutare animū pueri ſatagebat. Cum autē eum in thalamū incluſiſſet mirabilis odoris fragantia inde exijt que patrem et totam familiam nimio odore perfudit. Aſpiciensqʒ pater ꝑ oſtium vidit ſeptem angelos circa infantem ſtantes dixitqʒ. Dij venerunt in domū meā. Statimqʒ cecatus eſt. Ad cuius clamorem tota ciuitas lucana commota eſt: ita vt valerianꝰ accurreret ⁊ quid ſibi acciſſet interrogauit. Cui ille. Deos vidi igneos ⁊ vultum eorum ferre non potui. Ad tēplum igitur iouis deducitur ⁊ pro recuperatione luminis taurum cuʒ cornibus aureis pollicetur. Sed cum nihil proficeret filiuʒ pro ſanatione ſua rogauit: ⁊ lumē ſuis precibus recuperauit. Cum aūt nec ſic crederet: ſed potius filium occidere cogitaret: angelus dñi modeſto pedagago eius apparuit ⁊ vt nauē conſcendēs puerum ad aliam terrā deduceret imperauit. Quod cuʒ feciſſet aquila eis ibidem cibum afferebat. Et multa ibidem mirabilia faciebant. Interea filius diocletiani imperatoris a demone arripitur: et niſi vitus lucanus veniat ſe nunq̄ exire fatetur. Uitus queritur et inuentus ad imperatorē ducitur. Cui dioclecianꝰ. Puer puerū meū ſanare vales. Cui ille. Non ego ſed dominus. Statimqʒ ſuper eū manus impoſuit ⁊ ꝓtinus ab eo demon aufugit. Et ait diocletianus. Puer cōſule tibi ⁊ dijs ſacrifica ne mala morte intereas. Quod cum ille recuſaret ⁊ in carcerē cum modeſto miſſus fuiſſet ſubito ferri moles q̄ eis erat impoſita cecidit: et carcer immēſo lumine choruſcauit. Quod cū imperatori nunciatū fuiſſet eductus in clibanum ardentē mittitur: ſed tñ illeſus egreditur. Tunc leo terribilis ad eū deuorandū mittitur: ſed tamē ab eo fidei virtute placatur. Tandē ipſe cuʒ modeſto et creſcentia nutrice ſua que ſemper eum ſecuta fuerat in eculeum ſuſpēdi iubetur: ſed ſubito aer perturbatur: terra concutitur: tonitrua mugiunt: idoloꝝ templa corruūt ⁊ multos occidunt. Imperator autē territus fugiens pugnis ſe ꝑcutiebat dicēs. Ue mihi quia ab vno puero victus ſum. Illi autēʒ ab angelo continuo ſoluti iuxta quoddā flumē ſe inuenerūt: et ibidem pauſantes et orantes aīas dño reddiderunt. Quorū corpa ab aliquibus cuſtodita florentia illuſtris matrona ſancto vito reuelante reperit: ⁊ ea accipiens honorifice ſepeliuit. Paſſi ſunt autem ſub diacletiano qui cepit circa annos dñi. cclxxxvij.

❡ De ſanctis quirico et iulita. lxxviij.

Quiricus querēs arcuʒ. Uel a chiſil. qd̄ eſt fortitudo ⁊ cus niger. vl' a quirꝫ qd̄ eſt aſta vl' a quiriles quod dicitur ſedile. Ipſe enim arcus. i. curuus in ſui humilitatione: fortis in tormentorūʒ ꝑpaſſione: niger in ſui deſpectione: haſta in inimici debellatione: dei ſedile ex dei habitatione. Hec enim in eo gratia ſuppleuit q̄ etas negauit. Iulita iuuans vita: q: vita ſpūali vixit et per hanc multis profuit. A



Quiricus fuit filius iulite illuſtriſſime matrone yconij que ꝑſecutionē declinare volēs in tarſum cilicie cum puero ſuo quirico qui erat trium annoꝝ venit. Sed tamen alexādro preſidi preſentat̃ in vlnis ſuis puerum geſtans. Quod due famule ſue videntes fugerūt ⁊ eā ꝓtinus reliquerūt. Preſes igit̃ puerū in vlnis ſuis ſuſcepit ⁊ matrē ſacrificare nolentem crudis neruis flagellari ꝓcepit. Puer aūt matrē flagellari cōſpiciēs amare flebat ⁊ lamētabiles voces dabat. At p̄ſes puerū quiricū in vlnas ⁊ ſup genua pōnēs eū oſculis ⁊ alijs blāditijs demulcebat. Infans autē ad matrē reſpiciēs p̄ſidis oſcula abhorrebat et caput cū indignatione auertens vultū eius vngulis laniabat et matri conſonas voces dabat: quaſi diceret. Et ego xp̄ianus ſum. Tandē diu reluctās p̄ſideʒ in ſcapulis momordit. Tunc preſes indignatus dolore cruciatus puerū ab alto per gradus p̄cipitauit: ita vt tribunali tenellū cerebrū adhereret. Iulita v̄o filiū ad regnū p̄ceſſiſſe videns leta gratias deo reddidit. Tūc iulita iuſſa eſt excoriari ⁊ bullienti pice ꝑfundi ⁊ demū capite trūcari. In quadā aūt legenda inuenit̃ ꝙ quiricus tyrānū blādientē eque vt minātē paruipendens xp̄ianū ſe eſſe cōfitebat̃. Sm̄ quideʒ tēpus elinguis infantulus ſed in eo loq̄bat̃ ſpūſſanctus: quē cū p̄ſes interrogaret q̄s eum docuiſſet ait Tuā o p̄ſes miror inſipiētiā q̄ meā tantillā cernens etatē nec dū tp̄is circulo triennē peractū ꝑcūctaris q̄s me docuerit diuinā ſapientiā. Qui cū cederetur clamabat. Xp̄ianus ſum. Et quoties hoc clamabat toties vires inter tormenta recipiebat. Preſes autem matrem cum puero membratim ſcindi fecit: ⁊ eorūʒ mēbra ne a xp̄ianis ſepelirentur diſpergi mādauit. Sʒ tamē ab angelo ſunt collecta ⁊ nocte a xp̄ianis ſepulta. Horꝝ corpa tp̄e conſtantini magni cum pax eſſet reddita eccleſie ab vna de ancillis que adhuc ſupererat reuelant̃ ⁊ in deuotione magna ab omni populo habentur. Paſſi aūt ſunt circa annos domini. ccxx. ſub alexandro imperatore.

❡ De ſancta marina. lxxix. A



Marina v̄go vnica erat patri ſuo cū aūt pater quoddā monaſterium intraſſet: mutauit habituʒ filie ſue vt nō femina: ſed maſculus videret̃. rogauitqʒ abbatē ⁊ fratres filiū ſuū vnicum reciperent. Quibus eius precibꝰ annuentibus in monachuʒ eſt receptꝰ ⁊ frater marinus ab omnibus eſt appellatus. Cepit autem valde religioſe viuere ⁊ valde obediens eſſe. Cum aūt eſſet viginti ſepteʒ annorū. ⁊ pater eius ſe morti appropinquare ſentiret filiam ſuam vocauit ⁊ ipſam in bono ꝓpoſito cōfirmans precepit ne aliquando alicui reuelaret ꝙ mulier eſſet. Ibat igitur frequēter cū plauſtro ⁊ bobus et ligna monaſterio deferebat. Cōſueuerat aūt hoſpitari in domo cuiuſdā viri cuius filia cū de quodā milite concepiſſet interrogata marinū monachū ſe violaſſe aſſeruit. Interrogatus autē marinus cur tm̄ flagitiū ꝑpetraſſet: ſe peccaſſe fatet̃ ⁊ veniā precatur. Statim de monaſterio eiectus ad oſtium monaſterij manſit tribꝰ annis ibidem permanens būcella panis ſuſtentabatur. Poſtmoduʒ filius ablactabat̃: abbati mittitur et marino educandus traditur: ⁊ ibidem cuʒ eo per duos annos cōmoratur. Omnia aūt cū maxima patientia recipiebat: ⁊ in omnibus gratias deo referebat. Tandem eiꝰ humilitatis ⁊ patientie fratres miſerti eū in monaſteriū recipiunt: ⁊ queqʒ officia viliora ſibi iniungunt. Ipſe autem omnia hylariter ſuſcipiebat: ⁊ cūcta patienter ⁊ deuote agebat. Tandem in bonis opibꝰ vitā ducens migrauit ad dominum. Cū autem corpꝰ eius lauarent ⁊ in vili loco ſepelire diſponerēt: reſpicientes mulierem ipſum eſſe viderūt. Stupefacti ſunt oēs ⁊ perterriti ſe in dei famulā plurimū deliquiſſe fatent̃. Currūt oēs ad tā grāde ſpectaculū ⁊ veniā poſtulant ignorantie ⁊ delicti. Corpus igit̃ eius in eccleſia honorifice poſuerūt. Illa autem que famulaʒ dei infamauerat a demone arripitur ⁊ ſcelus ſuum cōfitens ⁊ ad ſepulcrum virgi ginis veniens liberatur. Ad cuius tumulum populi vndiqʒ confluunt ⁊ multa miracula ibi fiunt. Obijt autem. xiiij. kalen. iulij.

❡ De natiuitate ſancti ioānis baptiſte. lxxx.

Joannes baptiſta multipliciter nominatur. Dicitur enim propheta: amicꝰ ſpōſi: lucerna angelus: vox helias: baptiſta ſaluatoris preco iudicis: ⁊ p̄curſor regis. In ꝓpheta deſignatur p̄rogatiua cognitiōis. In amico ſponſi: prerogatiua dilectionis. In lucerna ardenti: ꝓrogatiua ſanctitatis. In angelo: prerogatiua virginitatis. In voce: prerogatiua humilitatis. In helia: prerogatiua feruoris. In baptiſta. prerogatiua mirabilis honoris. In precone: prerogatiua predicationis. In precurſore: prerogatiua preparationis. A



Joannis baptiſte natiuitas ab archāgelo gabriele hoc mō nunciata fuit. Dauid eñ rex ſicut habet̃ i hiſtoria ſcholaſtica volēs cultū dei ampliare vigintiq̄tuor ſummos ſacerdotes inſtituit quoꝝ tñ vnꝰ maior erat q̄ ꝑinceps ſacerdotū dicebat̃. Statuit autē xv. viros de eleaſar. ⁊ viij. de itamar ⁊ ſm̄ ſortes dedit vnicuiqʒ hebdomadā vicis ſue. Abias aūt octauā hebdomadaʒ habuit de cuius genere zacharias fuit. Erāt aūt zacharias ⁊ vxor ſenes ⁊ abſqʒ liberis Cū ergo zacharias tēplū dñi vt incēſum poneret ingreſſus fuiſſet ⁊ multitudo ppl'i de foris expectaret apparuit ei gabriel archāgelus. Cū aūt zacharias i eius viſione timeret: ait angelꝰ. Ne timeas zacharia qm̄ exaudita eſt or̄o tua. Propriū eſt eñ bonoꝝ angeloꝝ ſm̄ qd̄ dicit glo. ex ſuauiſiōe territos benigna exhortatione ꝓtinꝰ cōſolari. Cōtra mali angeli ſe in lucis angelos transfigurātes: ſi quos ex ſui preſentia territos ſenſerint ampliori eos horrore ꝑcutiūt. Annunciat igit̃ gabriel zacharie ſe filiū habiturum cuius nomē ioannes eſſet qui vinū ⁊ ſicerā non biberet ⁊ ante dominū in ſpū ⁊ virtute helie precederet. Joannes vocat̃ helias rōne ſitus: q: ambo in deſerto ratione victus: q: ambo victu parui: rōne cultus q: ambo veſtitu inculti: rōne officij q: ambo precurſores: ſed ille precurſor iudicis. iſte ſaluatoris ratiōe zeli q: vtriuſqʒ verbum quaſi facula ardebat: zacharias aūt cōſiderās ſui ſenectutē ⁊ vxoris ſterilitateʒ dubitare cepit: ⁊ more iudeoꝝ ſignū ab angelo requiſiuit. Angelus aūt pro eo ꝙ verbis ſuis nō credidit ipſum taciturnitatis plaga ꝑcuſſit. B Notandū autem ꝙ dubitatio conſueuit fieri ⁊ excuſari aliquādo ꝓpter ꝓmiſſoꝝ magnitudinē ſicut legit̃ de abraā Cum eñ dñs ſibi ꝓmiſiſſet ꝙ ſemen ſuū terrā chanaam poſſideret: dixit ad eū abraam. Dñe deus vñ ſcire poſſum ꝙ poſſeſſurus ſum eā. Et rñdens dñs Sume inquit tibi vaccam triennem ⁊c. Aliquando propter fragilitatis ꝓprie cōſideratione ſicut patet in gedeone qui ait. Obſecro mihi dñe in quo liberabo iſrael. Ecce familia mea infima eſt in manaſſe et ego minimus in domo patris mei. Et ex hoc ſignuʒ petijt ⁊ accepit. Aliqñ ꝓpter nature impoſſibilitatē ſicut pʒ in ſara. Cū eñ dixiſſet dñs reuertēs veniaʒ ad te ⁊ habebit ſara filiū: riſit ſara poſt oſtiū dicens. Poſtq̄ cōſenui ⁊ dñs meus vetulus eſt ⁊c. Quid eſt ergo ꝙ ſolus zacharias ex eo ꝙ dubitauit plagam incurrit cū ibi eſſet ⁊ magnitudo ꝓmiſſionis ⁊ conſideratio ꝓprie fragilitatis: q: talē filiū ſe habiturum indignū reputabat ⁊ impoſſibilitas naturalis. Hoc multiplici de cauſa factū fuiſſe putat̃. Primo ſcdm̄ Bedam: qm̄ diſcredendo locutus eſt. ⁊ ideo ſilentio plectit̃ vt tacendo credere diſcat. Scd̄o qm̄ ideo mutus effectus eſt vt maius miraculum in natiuitate filij apparet. Cum enim in natiuitate ioannis patri loquele reddit̃ miraculum miraculo cumulat̃. Tertio q: cōgruum fuit vt vocē amitteret qñ vox naſcebatur ⁊ legi ſilentium imponebat̃. Quarto qm̄ ipſe a dño ſignū petijt ⁊ ipſam taciturnitatē in ſignū accepit. Cū aūt zacharias foras ad ppl'm exiſſet: ⁊ cū

factū mutū videret cognouerūt ipo innuēte ꝙ viſionē vidiſſet in tēplo. Completa aūt ſeptimana officij ſui abijt in domū ſuā ⁊ ꝯcepit elizabeth: ⁊ mēſibus qnq; ſe occultauit: qꝛ ſicut ibi dicit Ambro. partꝰ ſui erubeſcebat etatē ne in ſenectute vacaſſe libidini videret: ⁊ tñ gaudebat ſterilitatis carere opprobrio: qꝛ opprobriū eſt mulieribꝰ nō habere p̄miū nuptiarū: ꝓpter qd nuptie celebrant ⁊ carnalis coitꝰ excuſat. Mēſe aūt ſexto btā maria q̄ iā dñm conceperat cōgratulās ꝟgo fecunda ablate ſterilitati ⁊ compatiēs ſenectuti venit ad eliſabeth. Et cū eā ſalutaſſet btūs ioānes iā ſpūſctō repletꝰ ſenſit filiū dei venire ad ſe ⁊ p̄ gaudio in mr̄is vtero exultauit ⁊ tripudiauit et motu ſalutauit quē voce non potuit. Exultauit em̄ quaſi geſtiens ſalutare ⁊ dño ſuo aſſurgere. Mãſit ꝗ̄ virgo btā cū cognata ſua tribꝰ mēſibꝰ miniſtrās ei. Natūq; puerū ſuis ſanctis manibꝰ de terra leuauit vt hr̄ in hiſtoria ſcholaſtica: ⁊ q̄ſi morē gerule officioſiſſime peregit. ¶ Hic dñi p̄curſor beatus nouē ſpālr ⁊ ſingulariter priuilegijs claruit. nā idē angelus q dñm annūciauit ipm annūciauit. In vtero mr̄is exultat. Mater dñi ipꝫ a terra leuat. Linguā pr̄is reſerat. Baptiſmū primꝰ ordinat. Xp̄m indice demōſtrat. Xp̄m manibꝰ ſuis baptizat. Ipſum pre oībꝰ laudat xp̄s. In lymbo poſitis xp̄m venturū p̄nūciat. Propter hec .ix. priuilegia vocatur ab ipſo dño ꝓpheta ⁊ pluſq̄ ꝓpheta. Chryſo. etiā quare dicat pluſq̄ ꝓpheta: ſic ait. Prophete eſt bñficiū prophetie a deo accipere: nūquid ꝓphete eſt bñficiū baptiſmatis deo dare. Prophete eſt vt ipſe de deo prophetet. Oēs ꝓphete ꝓphetauerunt de xp̄o: de illis aūt ꝓphetatū nō eſt. Ipſe aūt nō ſolū prophetauit de xp̄o: ſed etiā alij prophete ꝓphetauerunt de illo. Oēs portitores verbi fuerūt iſte aūt ipſa vox. Quātū aūt vox ꝓximior verbo nō tñ verbū: tm̄ ioannes ꝓpinquior xp̄o nō tñ xp̄s ſm Ambro. laus ioannis ex qnq; colligit vel cōprehēdit .ſ. ex parentibꝰ ex miraculis: ex moribꝰ: ex munere: ⁊ ex p̄dicatione. Laus aūt parentū ſm Ambroſiū: ex quinq; manifeſtatur. Ait em̄ ſic. Plena laudatio eſt q̄ genus in moribus mores in equitate: officiū in ſacerdotio: factū in mādatis: ⁊ iudiciū in iuſtificationibus cōprehēdit. Secūdo ex miraculis quoꝝ q̄dā fuerūt ante eius cōceptionē in vtero .ſ. angelica annūciatio: noīs impoſitio: ⁊ loquele pr̄is amiſſio. Quedā quātū ad eiꝰ conceptionē in vtero .ſ. ſupnaturalis: cōceptio eiꝰ in vtero ſanctificatio: ⁊ ꝓphetalis doni repletio. Quedam quātū ad eius natiuitatē ex vtero .ſ. vtriuſq; parentis ſpūs ꝓphetalis adeptio: qꝛ mater nomē ſciuit: ⁊ pater canticū edidit. Loquele patris reſeratio: ⁊ ſpiritusſancti repletio. Vñ ⁊ zacharias pr̄ eiꝰ repletus eſt ſpūſancto ⁊c. Ambro. Reſpicite ioānes quāta vis ſit in eius vocabulo cuius nūcupatio reddidit muto vocē patri plem ⁊ populo ſacerdotem. Prius enim erat tacens lingua. ſterilis filio priuatus officio. At vbi ioānes naſcit ſit repēte pater propheta loquele vſum recipit: plē a ſpūſancto ſuſcipit: ſacerdotē functio recognoſcit. Tertio ex moribꝰ: qꝛ ſanctiſſime vite fuit. De cuiꝰ ſanctitate vite dicit Chryſo. Cōuerſatio ioānis oīum vitā culpabilē faciebat apparere.

Queadmodū em̄ ſi videres albā veſtē dicis ſatis candida veſtis: ſi ꝟo poſueris iuxta eā niuē incipit tibi ſordida apparere: ⁊ ſi ꝟo ſordida nō eſt. Sic quātūcūq; ad cōpationē ioānis oīs hō videbat immūdus. ¶ Cuiꝰ quidē ſctītatis triplex habuit teſtimoniū. Primo a ſupceleſtibꝰ .i. ab ipſa trinitate. Et primo a patre qui vocat eū angelū. Malach. iij. Ecce ego mitto angelū meū ⁊c. Angelus aūt nomē eſt officij non nature: ⁊ iō dr̄ angelꝰ rōne officij ex eo ꝙ oīm angelorū officiū exercuiſſe vr̄. Habuit em̄ officiū ſeraphin. Interpretat em̄ ſeraphin ardēs: qꝛ illi nos ardētes faciūt ⁊ in dei amore plus ardēt. Et de ioāne dr̄ i eccleſia. Surrexit helyas q̄ſi ignis ⁊c. Ipſe em̄ venit i ſpū ⁊ virtute helye. Scdō habuit officium cherubin Cherubin em̄ interp̄tat plenitudo ſciētie: ⁊ ioānes dr̄ lucifer. Ioā. xxxviij. ex eo ꝙ fuit terminus noctis ignorātie ⁊ initiū lucis gr̄e. Tertio habuit officium thronoꝝ quoꝝ officiū eſt iudicare. Et de ioāne dr̄ ꝙ arguebat herodē dicēs. Nō lꝫ tibi hr̄e vxorē fratris tui. Quarto habuit officiū dñationū q̄ docēt nos erga ſubditos dñium gerere ⁊ ioānes ergo ſubditos habebat in amore erga reges in timore. Quinto officiū principatuū qui docent nos ſupiores reuererī. Et ioānes de ſe dicebat. Qui de terra eſt de terra loquit. De xp̄o aūt qui de celo venit ſup oēs eſt. Itē. Cuius nō ſum dignꝰ ſoluere corrigiā calciamētī eiꝰ. Sexto officiū poteſtatū: p q̄s poteſtates aeree vel īferie arcētur q̄ nō potuerūt nocere ſibi iā ſanctificato A nobis etiā arcebat cū ad baptiſmū penitētie nos diſponebat. Septimo officiū virtutū p q̄s ſiūt miracula ⁊ beatꝰ ioānes multa miracula in ſeipſo oſtēdit Magna em̄ miracula mel ſilueſtre ⁊ locuſtas edere pilos cameloꝝ induere ⁊ hmōi. Octauo officium archāgeloꝝ qñ reuelabat maiora ſicut ea q̄ ſpectāt ad noſtrā redēptionē cū dicebat. Ecce agnꝰ dei ⁊c. Nono officiū angeloꝝ qñ annūciabat minora: ſicut ea q̄ ſpectāt ad mores vt illud. Penitētiā agite ⁊c. Item neminē concutiatis ⁊c. Scdō habuit teſtimoniū a filio ſicut pꝫ. Mat. xj. vbi eū xp̄s multipliciter ⁊ mirabiliter cōmēdat dicēs inter cetera. Inter natos mulierū nō ſurrexit maior ioāne baptiſta. Petrus damiani. Ab illo ꝟbo ioānis ſunt deprompta p̄conia: p qd fundata eſt arida ⁊ mouent ſydera: ⁊ ſunt cōdita elemēta. Tertio a ſpūſcto cū p patrē ſuum dixit. Tu puer ꝓpheta altiſſimi vocaberis ⁊c. Scdō a celeſtibus .i. ab angelis: ſicut patet. Luce .j. vbi eum angelus multipliciter cōmendabat oſtēdens quante ſit dignitatis quo ad eum cū dicit. Erit em̄ magnꝰ coram dño. Quante ſanctitatis quo ad ſeipſum cum ſubdit. Vinum ⁊ ſyceram non bibet: ⁊ ſpiritusſancto replebitur ex vtero matris. Quante vtilitatis quo ad ꝓximū cū dixit. Et multos filioꝝ iſrl̄ ꝯuertet ⁊c. Tertio a ſubceleſtibus .i. ab oībus ſicut a patre ſuo ⁊ vicinis cum dicebāt. Quis putas puer iſte erit ⁊c. ¶ Quarto comprehendit laus ioannis ex munere Habuit enim munus in ſtatu: in vtero: in egreſſu ex vtero: in mundi ꝓgreſſu: ⁊ in mūdi egreſſu. In vtero habuit triplex mirabile munꝰ gr̄e. Primo grām qua in vtero ſanctificatus fuit. Vñ fuit ante ſanctꝰ q̄ natus. Hiere. j. Priuſq̄ te formarē in vtero noui



te ⁊ anteq̄ exires de vētre ſanctificaui te. Scdō grāꝫ q̄ ꝓphetare meruit ſicut qñ in vtero mr̄is exultans deū adeſſe cognouit. vñ Chryſo. volēs oñdere q̄liter fuerit pluſq̄ ꝓpheta dicit. Prophete eſt p merito ꝯuerſatiōis ⁊ fidei ꝓphetiā accipere. Nunqd ꝓphete fuit vt p̄us fieret ꝓpheta q̄ hō. Et qꝛ cōſuetudo erat vt ꝓphete inūgerent tūc bñ btā ꝟgo eliſabeth ſalutauit xp̄s ioānē in vtero in ꝓphetā inūxit ſꝫ qd dicit Chryſo. in hec ꝟba. Iō xp̄s fecit mariā ſalutare elizabeth vt ſermo ꝓcedēs de vtero mr̄is vbi habitat dñs ⁊ p aures elizabeth ingreſſus deſcēderet ad ioannē vt illic eū vngeret in ꝓphetā. Tertio grām q̄ ſuis meritis mr̄i ꝓphetie ſpm̄ tradidit. Vñ Chryſo. volēs oñdere q̄liter fuit pluſq̄ ꝓpheta ait. Qui prophetarū cū eēt ꝓpheta ꝓphetā facere potuit. Helyas q̄dē vnxit heliſeū in ꝓphetā: nō tñ ꝓphetādi gratiā cōtulit. Iſte aūt in vtero matris exiſtēs diuini introitus ſciētiā matri donauit ⁊ os illius in ꝟbo confeſſiōis aperuit: vt cuiꝰ nō videbat ꝑſonā cognoſceret dignitateꝫ dicēs. vñ h̄ mihi vt mr̄ dñi mei veniat ad me. In egreſſu ex vtero habuit triplex munꝰ gr̄e qm̄ ortus eiꝰ fuit miraculoſus ſctūs ⁊ iucundus. Miraculoſus excludit defectus impotentie: qꝛ ſctūs: reatꝰ culpe: qꝛ iucūdus lamētū miſerie. Celebrat aūt ortus eiꝰ ſiue natiuitas ſm magiſtrū Guilhelmum altiſſidoreñ. triplici rōne. Prio rōne ſanctificatiōis in vtero. Secūdo rōne dignitatis in officio. Ipe em̄ tanq̄ lucifer venit ⁊ eternū gaudiū nobis primꝰ nūciauit. Tertio rōne iucūditatis in ortu ſuo. Dixerat em̄ angelꝰ. Et multi in natiuitate eiꝰ gaudebūt. ⁊ iō dignū eſt vt ⁊ nos in natiuitate eiꝰ gaudeamꝰ. In ꝓceſſu habuit ſilr̄ multiplex munꝰ. In hoc aūt patēt eius excellētiſſima munera gr̄e. qm̄ habuit ꝑfectionē oīm ſctōꝝ. Nā ꝓpheta fuit qñ dixit. Qui poſt me vēturꝰ eſt ⁊c. Pluſq̄ ꝓpheta qñ xp̄m digito demōſtrauit. Apl's qꝛ a deo miſſus fuit. Apl's em̄ idem eſt qd miſſus vñ. Fuit hō miſſus a deo ⁊c. Martyr qꝛ p iuſtitia mortē ſuſtinuit. Cōfeſſor qꝛ cōfeſſus eſt et nō negauit. Virgo. Vñ ⁊ ꝓpter ipſiꝰ ꝟginitatē angelus eſt appellatus. Malach. iij. Ecce ego mitto angelū meū ⁊c. In egreſſu de mūdo habuit triplex munus: qꝛ efficit martyr inuictꝰ. Tūc em̄ palmā martyrij adeptꝰ eſt. Dirigit nūciꝰ p̄tioſus. Ipſe em̄ illis qui erāt in lymbo p̄tioſum nūciū attulit: ſcꝫ de aduentu xp̄i ⁊ redēptiōe ipoꝝ. Et colit exitꝰ glorioſus. Eius em̄ exitꝰ de oībꝰ q ad lymbū deſcenderūt ſpecialiter ab eccl'ia ſolēnizat ⁊ glorioſe colit. ¶ Quīto ex p̄dicatiōe. Circa cuius p̄dicationē angelus q̄tuor ponit cū dicit. Et multos filioꝝ iſrael cōuertet ad dñm deū ipſoꝝ ⁊ ipe p̄cedet ⁊c. .ſ. fructū ordinē: ꝟtutē et finem: ſicut pꝫ in lr̄a. Et notādū ꝙ p̄dicatio ioannis tripliciter fuit cōmendabilis. Ipſe nāq; p̄dicauit feruēter efficaciter ⁊ prudēter. Feruēter cū dicebat. Genimina viperarū ⁊c. Qui quidē feruor fuit inflammatus charitate: qꝛ erat lucerna ardēs: vñ dicit in ꝑſona ipſius hiere. Poſuit os meū quaſi gladiū acutū. Informatꝰ ꝟitate: qꝛ erat lucerna lucēs. vñ Io. v. Vos miſiſtis ad ioānē ⁊ ille ꝑhibuit teſtimoniū veritati. Directꝰ diſcretiōe ſiue ſcīa. vñ turbis et publicanis ⁊ militibꝰ ſꝫ vniuſcuiuſq; exigētiā ꝓpriā legeꝫ dedit.

Firmus cōſtātia. vñ ⁊ tā cōſtāter p̄dicauit ꝙ ex hoc vitā amiſit. Hec em̄ q̄tuor dꝫ habere zelus ſm qd dicit Ber. zelū tuū inflāmet charitas: informet veritas regat ſciētia: ⁊ firmet cōſtantia. Scdō efficaciter qm̄ ad p̄dicationē eiꝰ multi cōuerſi ſunt. Predicauit em̄ verbo p aſſiduitatē doctrine ⁊ exēplo p ſanctitateꝫ vite p̄dicauit ⁊ cōuertit meritis ⁊ orōnibꝰ deuotis. Tertio prudēter. Cuiꝰ prudētia p̄dicationis in tribꝰ fuit. Primo in eo ꝙ vſus fuit cōminationibꝰ vt malos terreret dicēs. Iā em̄ ſecuris ad radicē arboris poſita eſt. Scdō ꝓmiſſionibꝰ vt bonos alliceret dicēs. Penitētiā agite appropinquabit em̄ regnū celoꝝ. Tertio moderatiōibꝰ vt mediocres paulatiꝫ ad ꝑfectionē attraheret. Vñ turbis ⁊ publicanis ⁊ militibꝰ leuia īponebat vt poſtmodū ad maiora ꝓueherētur turbis vt opibꝰ mīe inſiſterent. publicanis vt ſe ab alienoꝝ appetitu abſtinerēt. militibꝰ vt neminē cōcuterēt: nulli calūniā facerēt ⁊ ſuis ſtipēdijs cōtēti eſſent. ¶ Et notādū ꝙ ſanctꝰ ioānes euāgeliſta hac die migrauit ad dñm: ſꝫ eccl'ia ipſius feſtum in tertiū diē poſt xp̄i natiuitatē celebrādū inſtituit: qꝛ tūc eiꝰ eccl'ia dedicata fuit. Et ſolēnitas natiuitatis beati ioānis baptiſte in ſuo die remāſit nimirūꝫ. qꝛ h̄ dies ab angelo gaudio natiuitatis precurſoris autēticatus fuit. Nō aūt dogmatizandū eſt ꝙ euangeliſta baptiſte ceſſerit tanq̄ minor maiori. Nō em̄ decēs eſt q̄s eoꝝ maior ſit diſputare. Qd etiā quodā exēplo diuinitꝰ eſt oſtēſum. Erāt em̄ vt legit duo doctores theologi: quoꝝ vnꝰ ioannē baptiſtā: alter ꝟo ioānē euāgeliſtā p̄ferebat. Tandē ſup h̄ ſolēni diſputatione indicta: q̄libet valde ſollicitus erat autoritates ⁊ efficaces rōnes inuenire q̄bꝰ ſuū ioānē poſſet p̄ferre. Adueniēte aūt diſputatiōis die quilibet ſanctoꝝ emulatori ſuo apparuit: eiq; dixit. Bñ concordes ſumꝰ in celis: de nobis non diſputetis in terris. Tūc illi ſibi adinuicē ⁊ oī ppl'o viſionē publicauerūt ⁊ dñm bñdixerūt. Paulꝰ hiſtoriographus lōgobardoꝝ romane eccl'ie diaconꝰ ⁊ caſſinēſis monachꝰ: cū deberet q̄dā vice cereū cōſecrare fauces eiꝰ rauce facte ſunt cū prius vocalis eſſet. Vt ergo vox ſibi reſtitueretur hymnū ſcꝫ Vt queant laxis ⁊c. ad honoreꝫ bti ioannis cōpoſuit. Vbi in principio petit ſibi vocem reſtitui ſicut ⁊ zacharie reſtituta fuit. Oſſa mortuoꝝ aīalium vndecūq; collecta in hac die ab aliq̄bꝰ cōburūtur. Cuiꝰ duplex eſt cauſa vt ait Ioannes beleth. Vna eſt ex antique inſtitutiōis obſuātia. Sūt em̄ quedā aīalia que dracones vocantur que in aere volant: in aq̄s natāt: in terra ambulāt. Qñq; autem dum p aera ambularēt ad libidinē concitabant: ⁊ in puteis ⁊ aquis fluuialibꝰ ſperma iactabāt: ⁊ inde ſequebatur letalis annus. Cōtra hoc ergo iſtud inuētum fuit remediū: vt de oſſibus aīaliū rogus fieret ⁊ ſic talia aīalia fumus fugaret. Et qꝛ iſtud maxime hoc tp̄e fiebat: ideo iſtud adhuc ab aliquibꝰ obſeruatur. Alia cā eſt ad rep̄ſentādū qꝛ oſſa ſancti ioannis in ſebaſte ciuitate ab infidelibus cōbuſta fuerūt. Ferunt etiā facule ardentes: qꝛ ioānes fuit lucerna ardēs ⁊ lucēs. Et rota vertitur: qꝛ ſol tūc in circulo deſcēdit ad ſignificandū ꝙ fama ioānis qui xp̄s putabatur deſcēdit ſm ꝙ ipe teſtimoniū ꝑhibuit dicens.

Me opoꝛtet minui illū aūt creſcere. Hoc ſignificatū eſt ſm qd̄ dicit Aug. in eoꝝ oꝛtib⁹ i eoꝝ moꝛtib⁹. In eoꝝ oꝛtib⁹ q: circa natiuitatē ioannis dies incipiunt decreſcere circa natiuitatē xp̄i creſcere. Iuxta illud: Solſtitiū decimo xp̄m pꝛeit atq; ioannē. Itē in eoꝝ moꝛtibus: q: coꝛpus xp̄i in cruce fuit exaltatū coꝛpus ioannis capite minoꝛatū. Refert paulus in hiſtoꝛia lōgobardoꝝ q̄ rocharith rex lōgobardoꝝ iuxta eccleſiā ſcti ioannis baptiſte cū multo oꝛnatu ſepultus fuit. Quidā vero cupiditate illectus nocte ſepulcrum aperiēs abſtulit vniuerſa: cui beatus Ioannes apparens dixit. Cur auſus fuiſti tāgere mihi cōmiſſum. Eccleſiā meā decetero ingredi non valebis Quod vtiq; ſic euenit. Nā quotieſq; predictā eccleſiā intrare volebat q̄ſi a validiſſimo pugile guttur eius feriebatur: et ſic ſubito retro ruebat.

¶ De ſanctis geruaſio et pꝛothaſio. lxxxi.

Geruaſi⁹ a gerar qd̄ eſt ſacrū et vas: vel a gena qd̄ eſt incola: et ſioꝛ puul⁹ q̄ſi ſacer pꝛ vite meritū. vas vt pꝛ virtutū receptaculū. pegrin⁹ p mūdi cōtēptū. paruulus p ſui deſpectū. Pꝛothaſi⁹ a pꝛothos qd̄ eſt pmū et ſios de⁹ ſiue diuin⁹. vel a pcul et ſtaſis qd̄ eſt poſitio q̄ſi pmus p dignitatē. diuin⁹ p dilectionē. pcul poſit⁹ a mūdi affectiōe. Hoꝝ paſſionē Ambꝛoſi⁹ i libello ad caput eoꝝ poſito ſcp̄tā iuenit.



Geruaſi⁹ et pꝛthaſius gemini fres filij fuerūt ſcti vitalis et btē valerie. Qui oīa ſua paupib⁹ erogātes manebāt cū ſcto nazario q apud ebrudunū oꝛatoꝛiū cōſtruebat et ei celſus puer lapides poꝛrigebat. Quod vero nazari⁹ iā celſum habuiſſe narrat: foꝛte p anticipationē accipit: cū lōge poſt eū ſibi fuiſſe oblatum ex hiſtoꝛia nazarij colligat. Cū aūt oēs ad neronem impatoꝛē ducerent: ſeqbat eos eiulans puer celſus. Quē cū vn⁹ militū alapis cederet: et cedētē nazarius increparet irati milites nazariū calcib⁹ ceciderūt et ipm cū alijs in carcere recluſerūt et poſtmodū in mare pcipitauerūt. Geruaſiū vero et pꝛthaſiū mediolanū duxerūt. Nazarius vero miraculoſe liberatus mediolanū venit. Eo tpe ſupueniēte comite aſtaſio q cōtra marchomānos pficiſcebat ad bellū deoꝝ cultoꝛes ei dē occurrerūt aſſerētes q̄ dij ſibi rñdere cōtēnerēt niſi pꝛi⁹ geruaſi⁹ et pꝛthaſi⁹ imolarētur. Cōtinuo igr tenent et vt eū ſacrificēt inuitant. Cui cū geruaſi⁹ oīa idola ſurda et muta diceret et ipſum ab omnipotenti deo victoꝛiā requirere debere doceret. iratus tandiu eum plumbatis cedi iuſſit q̄diu ſpiritum exalaret. Deinde pꝛthaſium accerſiri fecit eiq; dixit. Miſer vel tu viuere ſtude. et noli cū fratre tuo mala moꝛte perire. Cui pꝛothaſius. Quis eſt miſer. Ego q te non timeo: aut tu qui me timere pꝛobaris. Cui aſtaſius. Ego te miſer homo quō timeo. Cui pꝛthaſius In hoc timere me et te ledi pꝛobaris ſi non ſacrificauero dijs tuis. ſi enim te lederia me nequaq̄ timeres nunq̄ ad ſacrificium idoloꝝ me ipſe compelleres. Tunc eum comes in eculeum ſuſpendi iuſſit. cui pꝛothaſius. Non tibi comes iraſcoꝛ. quoniā cecos oculos tui coꝛdis attēdo quin potius tui miſereoꝛ: quia neſcis qd facias. Age igit qd̄ cepiſti. vt mihi, cum fratre meo occurrere poſſit benignitas ſaluatoꝛis. Tūc comes iuſſit eū decollari. Philipp⁹ aūt ſeruus xp̄i cū filio ſuo coꝛpa eoꝝ rapuit et occulte in domo ſua i arca ſaxea ſepeliuit et libellū eoꝝ: oꝛtuꝫ: finē: et vitam cōtinentē ad eoꝝ caput poſuit. Paſſi ſunt autē ſub nerone q cepit circa annū dn̄i. lvij. Hoꝝ coꝛpa multo tpe latuerūt: ſꝫ tpe bti Ambꝛoſij hoc mō reperta fuerūt. Ambꝛoſio nāq; in eccl'ia ſctoꝝ naboꝛis et felicis in oꝛatiōe poſito: ita vt nec vigilaret apte nec doꝛmiret integre: apparuerunt ei duo pulcerrimi iuuenes veſtibus candidis. i. collobio et pallio induti: caligulis calciati ſecū manib⁹ extēſis oꝛātes. Oꝛauit igitur Amb. vt ſi eſt illuſio nō vltra appareat: ſi autem veritas denuo reuelet. Silī igitur mō canente gallo oꝛātes ſecū iuuenes apparuerūt. Tertia vero nocte defecto iā coꝛpe ieiunijs nō doꝛmiēti: ſꝫ ſtupēti cū tertia ſibi apparuere pſona q̄ ſimilis paulo apl'o videbat ſm qd̄ i pictura pſpexerat. Illiſq; tacētib⁹ apl's ſibi dixit. Iſti ſunt q nihil terrenū deſiderātes monita mea ſecuti ſunt. Quoꝝ coꝛpa i eo loco reperies in quo ſtas. Duodecim pedū altitudine terra coopertam arcā inuenies: et ad caput eoꝝ libellū in quo oꝛtus eoꝝ cōtinet et finis. Cōuocatis igit vicinis epis ipſe pꝛioꝛ terrefoſſoꝛ acceſſit et oīa pꝛout dixerat ſibi paulus apl's inuenit. Et lꝫ iā. ccc. anni et vltra fluxiſſent: ita tū coꝛpoꝛa eoꝝ ſunt repta ac ſi ipſa hoꝛa ibidē fuiſſent poſita: inſup vero odoꝛ ſuauiſſimus et mirabilis inde fragrabat. B Cecus aūt qdā tāgēs feretrū illuminatus eſt et multi alij meritis eoꝝ curati ſunt. In hoꝝ ſolēnitate pax iter lōgobardos et romanū iperiū refoꝛmata fuit. et iō Grego. papa. Loq̄tur dn̄s pacē in plebē ſuā &c. In introitu miſſe cantari inſtituit. Vn̄ et officia partim ſanctis conueniūt partim euētib⁹ q̄ ipſis cōtigere dieb⁹. Refert Aug. in lib. xx. de ciuitate dei q̄ ipſo pn̄te et ipatoꝛe et multa turba quidā cecus apud mediolanum ad coꝛpora martyrū geruaſij et pthaſij lumē recepit. Vtrū aūt ſit p̄dict⁹ cecus: an alius ignoꝛat. Idē q̄ꝫ refert ibidē q̄ qdāꝫ iuuenis i villa victoꝛiana q̄ ab ypoꝛegioꝛ xxx. milliarib⁹ diſtat: cū in quodā flumine equū lauaret: cōtinuo diabolus eum vexauit: et in flumē tanq̄ moꝛtuū piecit. Cū aūt veſpere in eccl'ia btōꝝ geruaſij et pthaſij q̄ pꝛpe erat cantaret: ille vocibus illis q̄ſi pcuſſus cū grādi fremitu eccl'iaꝫ intrans altare tenebat. inde amoueri nō valēs tanq̄ ſi ibidē alligat⁹ fuiſſet. Et cū demon vt inde exiret adiuraret: ille ſe ei⁹ mēbꝛa amputare cū exiret minabat. Cū ergo adiuratus exiret oculus eius in maxillā fuſus tenui venula depēdebat: ſꝫ in locū ſuū ſicut potuerūt oculū reuocauerūt. Et ecce intra paucos dies meritis ſanctoꝝ geruaſij et pthaſij plene ſanat⁹ eſt. Amb. quoq; in p̄fatiōe ſic ait. Hi ſunt q̄ vexillo celeſti ſignati: victricia apl'i arma ſumpſerāt et a mūdanis nexib⁹ abſoluti neq̄ſſimi hoſtis vitioꝝ aciē pſternentes liberi et expediti xp̄m dn̄m ſunt ſecuti. O q̄ felix germanitas q̄ ſacris ihērēdo eloquijs nullo potuit īterpellari ɔtagio. O q̄ glorioſa certaminis cā vbi pariter coronātur q̄s vnus vterus maternus effudit.

¶ De ſanctis ioanne et paulo. lxxxij. A





Ioannes et paulus pmicerij et p̄poſiti cōſtātie filie cōſtātini auguſti fuerūt. Eo tēpoꝛe cū gēs ſcithica daciā et traciā occuparet. et gallican⁹ dux romani exercit⁹ cōtra p̄dictā gētē mitti deberet: cōſtātiā cōſtantini p mercede laboꝛis ſibi in vxoꝛē dari petebat. Qd̄ etiā romani pncipes inſtātius fieri poſtulabāt. Pater aūt plurimū triſtabat: ſciēs filiā ſuā poſtq̄ a beata agne ſanata fuerat in virginitatis pꝛopoſito poſitā: facilius occidi poſſe q̄ ad conſenſuꝫ inclinari. Virgo tamen de deo cōfidēs patri cōſuluit vt eā ſibi ſpōdeat cū victoꝛ rediret. Veruītn̄ duas filias ſuas q̄s ex vxoꝛe defuncta ſuſceperat. idē gallican⁹ ſecū manere pmitteret: vt p eas moꝛes et votū pr̄is ſcire poſſet. et ipſa duos p̄poſitos ſuos ioannē et paulū ſibi cōcederet in ſpe quaſi maioꝛis firmitatis rogans deum vt ipm et filias cōuerteret. Quod vbi oībus placuit: gallicanus aſſumptis ioanne et paulo et copioſo exercitu pficiſcit: ſed tn̄ a ſcithicarū gēte eius exercitus frāgitur et in vꝛbe traiectarū ab hoſtibus obſidet. Tūc accedētes ioannes et paulus eidem dixerūt. Fac votum deo celi et eris victoꝛ melioꝛ q̄ fuiſti. Qd̄ cuꝫ feciſſet iuuenis in humero ferens crucē ſtatim ſibi apparuit eiq; dixit. Sume gladiū tuum et ſequere me. Quem ille accipiens p media caſtra iuit: et ad regem vſq; deuemēs. illumq; occidens ſolo timoꝛe vniuerſuꝫ populū ſubiugauit: et romanis tributarios fecit. Duo quoq; milites armati eidē apparentes hinc inde confirmabāt. Factus igit xp̄ianus romā rediit et cū multo honoꝛe ſuſceptus rogauit auguſtuꝫ vt ſibi indulgeret ſi filiā minime deſpōſaret. eo q̄ decetero xp̄o continenterum viuere pponeret. Quod cū auguſto plurimū placuiſſet: et due filie gallicani a conſtantia virgine ad xp̄m cōuerſe eſſent ipſe gallicanus ducatui ceſſit et oīa pauperibus tribuens xp̄o cuꝫ alijs ſeruis dei in paupertate ſeruiuit multa aūt miracula faciebat: ita vt ſolo viſu demones de obſeſſis coꝛpoꝛibus effugaret. Huius ſacre opinionis fama in toto terrarū oꝛbe intantū excreuit: vt ab oriēte et occidente venientes viderunt virū ex patricio conſule lauantē pedes pauperū ponentē menſam: aquā manibus effundentē: languētibus ſollicite miniſtrantē et cetera ſctē ſeruitutis officia exhibentē. Cōſtātino igitur defuncto: cōſtantius conſtantini magni filius arriana hereſi deprauatus imperiū tenuit. Vex cū canſtantius frater conſtantini duos filios. ſ. galluꝫ et iulianū reliquiſſet conſtantius impatoꝛ dictū galluꝫ ceſarem fecit et cōtra iudeā rebellantē miſit. Quem tamen poſtmodū interfecit. Iulianus vero timens ne exēplo fratris a conſtantino pimeretur: monaſteriū ingreſſus eſt. Vbi magnā religioneꝫ ſimulās lectoꝛ oꝛdinat⁹ eſt. Qui p maleficiū demonē cōſuluit: reſpōſum accipiēs q̄ ad imperiū ſublimādus eſſet. Poſt aliquod tp̄s vꝛgentibus negotijs cōſtantius iulianū ceſarem fecit et ipſum in galliā deſtinauit: qui oīa ſtrēnue agebat. Moꝛtuo aūt conſtantio et iuliano apoſtata in imperiū a conſtantio ſublimato iuſſit iulianus vt gallicanus aut dijs imolaret aut abſcederet. Tanto enī viro non audebat necem inferre. Ille igitur alexādriā pꝛexit. et ab infidelibus p coꝛ trāſfixus martyrij coꝛonā pcepit. At iulian⁹ capt⁹ ſeꝫ cupiditate ſacrilega auaritiā ſuā euāgelij teſtimonio coloꝛabat. Nā facultates a xp̄ianis auferēs dicebat. Xp̄s veſter dicit i euangelio. Qui nō renūciauerit oībus q̄ poſſidet nō pōt meus eſſe diſcipulus. Audiēs igr̄ q̄ ioānes et paulus ex opib⁹ q̄s virgo cōſtātia reliquerat xp̄ianos pauperes ſubſtentabant: mandauit eiſdē q̄ ſicut ɔſtātino ita q̄ꝫ et ſibi adherere deberēt. At illi dixerūt. Dū glorioſi imperatoꝛes cōſtātinus et filius ei⁹ ɔſtātius ſe eſſe ſeruos xp̄i gloriabātur nos famulabamur eiſdē. Tu vero q: religionē plenā virtutib⁹ reliquiſti a te oīno receſſimus et tibi obedire cōtēnimus. Quibus iulianus mādauit. Ego in eccl'ia clericatū obtinui. et ſi voluiſſem ad pꝛimū eccleſie ſtatū pueniſſē. Sed cōſiderās vanū eſſe inertiā ſectari et otium militie animū tedi dijſq; ſacrificans eoꝝ ſuffragijs imperiū obtinui. Vn̄ vos in aula regia nutriti nō debetis lateri meo deeſſe vt pꝛimos vos in palatio meo habeā. Qd̄ ſi a vobis cōtēptus fuero. ag ā vt neceſſe eſt vt cōtēni nō poſſim. Qui rn̄dēte ſ. dixerunt. Deū tibi p̄ponētes minas tuas nequaq̄ timemus ne regis eterni inimicitias incurramus. ad hoc iulianus. Si infra decē dies vltro ad me venire cōtēpſeritis: coacti poſtmodū facietis qd̄ ſpōte facere nō curatis. Cui ſcti rn̄derunt. Iā decē dies pꝛeteriſſe exiſtima et hodie facito qd̄ tūc te factuꝝ cē minaris. Quib⁹ iulian⁹. Putatis q̄ martyꝛes vos faciāt xp̄iani. Niſi mihi conſenſeritis puniam vos non vt martyꝛes ſed vt publicos hoſtes. Tunc ioannes et paulus p totos decē dies eleemoſynis inſiſtētes oīa ſua pauperibus erogabant. Decimo aūt die miſſus eſt ad eos therētianus qui dixit eis. Dn̄s noſter iulianus ſtatūculū aureum iouis ad vos miſit vt eidē tura incendatis alioq̄ ambo ſimul pibitis Cui ſancti dixerunt. Si tuus dn̄s eſt iulianus habeto paceꝫ cum illo. nobis alius dn̄s non eſt niſi dn̄s ieſus xp̄s Tunc iuſſit eos occulte decollari et in foueas intra domum ſepeliri famā faciēs q̄ in exilium eſſent miſſi. B Poſt hoc filius therentiani a demone arripitur. et intra domū clamare cepit: q̄ a demone vꝛeretur. Qd̄ videns therentianus ſcelus cōfitet et xp̄ianus efficit. Paſſio ſanctoꝝ ab eo conſcribitur et ei⁹ filius liberat. Paſſi ſunt aūt circa annū dn̄i. cclxiiij. Refert Greg. i homelia euāgelij. Si quis vult poſt me venire q̄ q̄dā matrona dum eccleſiā iſtoꝝ martyrū frequentius viſitaret et die quadam inde rediret: duos ſtantes monachos ſub peregrino habitu inuenit. quos pegrinos credēs, eleemoſynā ſibi dari pꝛecepit: ſed poſtq̄ diſpēſatoꝛ eis ad largiēdū eleemoſynē appꝛopinquaſſet. aſtiterunt ei vicini et dixerunt. Tu nos modo viſitas: nos te in die iudicij requiremus et quicq̄d poterimus p̄ſtabimus. Quo dicto ab oculis eius ſunt ablati. Ambꝛo: de his martyꝛib⁹ in pꝛefatione ſic dicit. Beati martyꝛes ioan. et paulus veraciter impleuerunt qd̄ dauitica voce dicit. Ecce q̄ bonum et q̄ iucundum habitare fratres in vnum. Naſcendi lege conſoꝛtes fidei ſocietate ɔiuncti paſſionis eq̄litate cōſimiles: in vno ſemper dn̄o glioſi.

¶ De ſancto leone papa. lxxxiij. A





Sauinianꝰ ⁊ ſauina fuerũt filij ſauini viri nobiliſſimi ſed pagani: q̇ de pꝛima vxoꝛe ſauinianũ genuit: de ſecũda ſauinã filiã gñauit ⁊ ex noĩe ſuo ambos vocauit. Legẽs aũt ſauinianꝰ verſum illũ: Aſpges me dñe ⁊c. quid hoc eẽt querebat ſꝫ intelligere nõ valebat. Vñ intrans in cubiculũ in cinere ⁊ cilicio pꝛoſtratus iacebat dicẽs ſe malle moꝛi q̃ nõ intelligere ſenſuꝫ verbi. Cui apparens angelus dixit. Noli te vſq; ad moꝛtẽ affligere: qm̃ inueniſti gratiã apud deũ: ⁊ cũ baptizatus fueris niue candidioꝛ eris: ⁊ tunc intelliges qđ nũc q̃ris. Recedẽte angelo letus efficitur: ⁊ idola de cetero venerari cõtẽnens a pr̃e plurimuꝫ obiurgat̃. Cuꝫ ergo pater ſepius ſibi diceret: melius eſt vt q2 deos nõ adoꝛas tu ſolus moꝛiaris q̃ nos oẽs in moꝛte tua inſimul inuoluamur latẽter aufugit ⁊ ad vꝛbẽ trecaſinã deuenit. Cũq; ſup fluuiũ ſecane veniſſet: ⁊ vt ibi ex eo baptizaret̃ dñm exoꝛaſſet ibidẽ baptizatus eſt. Dixitq; ei dñs. Nunc inueniſti qđ tam diu querẽdo laboꝛaſti. Statimq; in terra baculum fixit. Et facta oꝛatione baculus ille coꝛã multis aſtantibꝰ frondes ⁊ floꝛes ꝓduxit: ita ꝙ. M. cvij. viri dño crediderũt. Impatoꝛ aũt aurelianus hoc audiẽs milites ad eũ capiendũ plures direxit. Qui eũ oꝛantẽ inuenientes ad eũ accedere timuerũt. Impatoꝛ aũt plures pꝛioꝛibꝰ miſit. Qui venientes cũ eo oꝛante pariter oꝛauerũt. Surgenteſq; dixerũt. Impatoꝛ deſiderat te videre. Qui cũ veniſſet ⁊ nollet ſacrificare manus eiꝰ ⁊ pedes fecit ligari ⁊ vectibꝰ ferreis cedi. cui ſauinianus dixit. Adauge toꝛmẽta ſi potes. Tũc iuſſit eũ in media ciuitate ligari ſup ſcannũ ⁊ ſuppoſitis lignis oleo ⁊ igne incẽdio cõcremari. Rex autem intuẽs vidit eũ in media flãma ſtantẽ pariter ⁊ oꝛãtẽ. Stupefactus in faciẽ ſuã cecidit ⁊ ſurgẽs ei dixit Fera mala non tibi ſufficiunt anime quas decepiſti niſi et nos ꝑ magicã artẽ decipere moliaris. Cui ſauinianꝰ. Adhuc multe aĩe et tuipſe per me ſunt dño crediture. Cũ aũt impatoꝛ ex hoc nomẽ dñi bleſphemaſſet ĩ craſtinũ iuſſit eũ ad ſtipitẽ ligari ⁊ ſagittari. Sagitte autẽ a dextris ⁊ ſiniſtris in aere ſuſpendebant̃ nec aliqua eũ leſit. Altera die impatoꝛ ad eum veniẽs dixit ei. Et vbi eſt deus tuus veniat nũc ⁊ de ſagittis iſtis te liberet. Statimq; vna de illis ſagittis exiliẽs regẽ in oculo ꝑcuſſit ⁊ penitus excecauit. Vñ iratꝰ iuſſit eũ in carcere recipi ⁊ in craſtino decollari. Sauinianus aũt oꝛans vt ad locũ vbi baptizatus fuerat transferret̃ cõfractis cathenis et apertis oſtijs ꝑ medios milites trenſiens illuc venit. Quod audiẽs impatoꝛ iuſſit eũ illuc inſeq̇ et capite trũcari. Vidẽs aũt ſauinianꝰ milites ĩſequẽtes ſup aquã velut ſup petrã ambulauit: quouſq; ad locũ ſui baptiſmi ꝑuenit. Cũ igit̃ milites trãſuadaſſent ⁊ eũ ꝑcutere foꝛmidarent ait illis. Securi me percutite et de ſanguine meo ad impatoꝛẽ veſtrũ deferte vt lumẽ accipiat et dei virtutẽ agnoſcat. Percuſſus igit̃ caput ſuũ leuauit ⁊ paſſibꝰ. xl. illud poꝛtauit. At impatoꝛ cũ de eiꝰ ſanguine oculũ tetigiſſet cõtinuo ſanatꝰ eſt dicẽs. vere bonus et magnꝰ eſt deus xp̃ianoꝝ. Qđ audiens q̇dã qui annis. xl. lumen amiſerat ad locũ poꝛtari ſe fecit et facta oꝛatiõe ꝓtinus lumẽ accepit. Paſſus eſt aũt circa annos dñi. cclxx. ix. kal'. februarij. Sed hoc ideo inſeritur vt hiſtoꝛie ſoꝛoꝛis ſue cuius feſtum hic ꝑcipue recolit̃: hec quoq; hiſtoria coniungat̃. ⁋ Cum autem igit̃ ſoꝛoꝛ eius ſauina fratrẽ ſuũ quotidie fleret et ꝓ eo idolis ſupplicaret tandẽ ſibi doꝛmiẽti apparuit angelus dicẽs. Sauina noli flere: ſed quecunq; habes derelinque et inuenies fratrem tuũ in honoꝛe maximo conſtitutum. Que euigilãs collactanee ſue dixit. Amica mea aliquid ne ſenſiſti. Et illa etiã dña. Nam video hoĩem tecum loquentem: ſed neſcio quidẽ quid dicentem. Nõ me inq̇t accuſabis. Et illa. Abſit domina. Quecũq; vis facias: tñ non te occidas. Sicq; in craſtino ambe receſſerunt. Cum ergo pater diu feciſſet eam inquiri et non inueniſſet eleuatis ad celum manibꝰ ait. Si tu es deus potẽs in celo idola mea cõminue q̄ natos meos ſaluare nõ potuerũt. Tunc dominus intonãs omnia cõminuit et ↄfregit. Qđ multi vidẽtes crediderunt. Veruꝫ beata ſauina romam veniẽs ab euſebio papa baptizatur: et duos cecos duoſq; cõtractos ſanans qnq; annis ibidem ꝑmanſit. Cui doꝛmienti apparens angelus dixit. Sauina quid eſt quod facis vt tuas diuitias deſerens nunc in delicijs hic epuleris. Surge et vade in trecas ciuitateꝫ et fratrem tuũ ibidem inuenies. Dixit ergo famule ſue. Nõ opoꝛtet nos hic amplius habitare. Et illa. Domina quo vis ire, ecce omnes valde te diligũt et tu peregre moꝛi cupis. Et illa. Deus nobis ꝓuidebit. Et accipiens panem oꝛdeaceum in vꝛbem rauẽnam deuenit. Veniensq; ad domum cuiuſdam diuitis cuius filia quaſi moꝛtua plangebantur: ſe ibideꝫ a famula hoſpitio recipi poſtulabat. Que ait. Domina mea quomodo hic hoſpitari vales cum filia domine mee moꝛiatur et omnes ſe grauiter affligant. Non pꝛopter me inquit moꝛiet̃. Intrans igitur domum manũ puelle appꝛehendit. et ſanam ipam erexit Et cũ vellent eã retinere nullatenus acquieuit. Cũ ergo iuxta trecas ad milliare veniſſet: dixit famule ſue vt parũ repauſarent. Et ecce vir quidaꝫ nobilis noĩe licerius de ciuitate veniens dixit eis. Vñ eſtis. Cui ſauina. Hic ſum de iſta ciuitate. Et ille. Cur mẽtiris cum loquela tua indicat te eſſe ꝑegrinam. Et illa. Dñe vere ꝑegrina ſum et fratrẽ meũ ſauinianũ diu ꝑdituꝫ quero. Qui ait. Vir ille quẽ queris ante paululũ ꝓ xp̃o decollatus eſt et in tali loco ſepultꝰ. Tũc ſe ꝓſternens in oꝛone ait. Dñe qui me ſemꝑ in caſtitate ſeruaſti nõ permittas me amplꝰ duris itineribus fatigari aut coꝛpus meũ vlteriꝰ de loco iſto moueri. Cõmendo tibi famulam meam que ꝓpter me tanta ſuſtinuit: fratrẽq; meum quem hic videre non potui fac vt in regno tuo videre merear. Finita oꝛone migrauit ad dñm. Qđ vidẽs eiꝰ famula cepit flere: q2 ad ſepeliẽdũ neceſſaria nõ habebat. Predictus aũt vir ꝑconẽ ꝑ ciuitatẽ miſit vt hoĩes ad ſepeliendũ mulierẽ ꝑegrinã venirent. Qui venientes honoꝛifice eã ſepelierunt. Hac quoq; die fit feſtũ ſancte ſauine que fuit vxoꝛ valentini militis que cuꝫ nollet ſacrificare ſub adriano imperatoꝛe decollata eſt.

⁋ De ſancto lupo. cxxiij. A



Lupus apud aurelianũ ex genere regali oꝛtus dũ cũctis virtutibus eniteret ſenonũ. archieps̃ eſt electꝰ. Qui cũ oĩa fere paupꝛibus erogaret et quadã die plurimos ad cõuiuia inuitaſſet: cũ vinũ ad mediũ nõ haberet ſic reſpondit miniſtro. Credo ꝙ deus

qui volatilia paſcit noſtrā ꝑficiet charitatē. Et ſtati nūcius affuit q̄ centū vini modios adeſſe ꝑforibꝰ nūciauit. Cū oēs de curia ſibi vehemēter detraherent ꝙ virginē dei famulā ⁊ filiā ꝑdeceſſoris ſui nimis imoderate amaret: corā detrahētibꝰ ipāmvirginē apprehēdens oſculatus eſt dicēs. Nihil nocēt homini ꝟba aliena quē ꝓpria nō maculat cōſcia. Q: eni ipaȝ deū amare ardēter cognouerat eā mente puriſſima diligebat. Cū rex frācorū clotariꝰ burgundiā itrās ſeneſcallū ſuū ꝯ ſenones direxiſſet ⁊ ciuitatē obſideret ſctūs lupꝰ eccliaȝ ſcti ſtephani ingreſſus campanā pulſare cepit. Quam hoſtes audiētes tātus eos terror inuaſit vt niſi fugerēt mortē ſe euadere nō putarēt. Tādē obtento regno burgūdie cū rex aliū ſeneſcallū ſenonē miſiſſet ⁊ btūs lupꝰ ei cū mulieribꝰ nō occurriſſet: indignatꝰ nimis adeo eū apud regeȝ infamauit vt rex beatū lupum in exilium deſtinaret. Qui ibi in doctrina ⁊ miraculis valde emicuit. Interea ſenonici quēdā epm q̄ locū ſcti lupi inuaſerat occidētes vt ſctūs lupꝰ de exilio rediret a rege impetrauerūt. Quē rex vidēs exilio tabefactū ita diuinitus eſt mutatꝰ vt corā illo ꝓſtratꝰ veniā peteret: multiſq; auctū muneribꝰ ſue reſtituit ciuitati. Qui dū ꝑ pariſius remearet ei multa incarceratorū turba apertis oſtijs ſolutiſq; vinculis obuiauit. Quadā die dominica duȝ miſſam celebraret lapſa eſt celitus gēma in eiꝰ ſctō calice quā rex inter ſuas reliquias collocauit. Rex clotariꝰ audiēs ꝙ cāpana ſcti ſtephani in ſono mirā haberet dulcedinē miſit vt pariſiꝰ deferret ⁊ ab ipſo ſepiꝰ audiret. Sȝ cū ſctō lupo diſplicuiſſet mox vt de vrbe ſenonica delata eſt ſoni ſui ducedinē ꝑdidit. Qd̄ rex audiēs ſtatim reſtitui eam iuſſit ſtatimq; ſono reddito inſonuit ſeptimo ab vrbe milliario. Itaq; ſctūs lupꝰ obuiā ꝑrexit ⁊ qd̄ dolēs ꝑdiderat cū honore recepit. Nocte quadā cū oraret inſtinctu diaboli vehemēter ſitiens iuſſit ſibi aquam frigidā deportari. Dolos aūt itelligēs inimici puluinar ſuū ſup vas poſuit ⁊ ibi diabolū intus incluſit qui tota nocte vociferādo vlulare cepit. Facto aūt mane q̄ vt clam tentaret venerat in die confuſus abſceſſit. Quadā aūt vice dū more ſolito ciuitatis ecclias circuiſſet: rediēs domū audit clericos ſuos rixātes: co ꝙ cū mulieribꝰ fornicari vellēt. Qui eccleſiā intrans ꝓ eis orauit: ⁊ mox ab eis ſtimulus tentatiōis abſceſſit: venienteſq; ante illū veniā poſtulauerūt. Tandeȝ multis clarus virtutibꝰ in pace quieuit. Claruit circa annos dūi. dcx. tempore eraclij.

¶ De ſancto mamertino. cxxiiij. A



MAmertinꝰ prius paganus cum idola quadā vice coleret vnum oculū ꝑdidit ⁊ vniꝰ manꝰ ariditatem icurrit. Qui dū ſe deos offendiſſe putaret ⁊ ad tēplū ad adorandū idola ꝑgeret: obuiabat ei vir q̄dā religioſus noīe ſauinus qui eū vnde tanta ſibi acciderit infirmitas requiſiuit. Qui ait. Deos meos offendi: et ideo eos orare vado: vt q̄ mihi abſtulerūt irati: reddant ꝓpitij. Qui ait. Erras frater erras ſi demones deos putes: ſed vade ad ſanctū germanū altiſiodorēn. epm: ⁊ ſi eiꝰ cōſilio acquieueris ꝯtinuo ſanꝰ eris. Qui ſtatim iter arripiēs venit ad ſepulcrū ſcti amatoris epi ⁊ plurimorū corpoꝝ ſctoꝝ. Seceſſit q̄ ꝓpter pluuiā nocte illa ad quādā cellulā ſup tumbā ſcti cocordiani collocatā. Cū aūt obdormiſſet apparuit ei viſio q̄dā mirabilis ꝙ quidā ſ. vir venit ad hoſtiū cellule: vocauitq; ſctm cōcordianū vt veniret ad feſtū ꝙ ſctus ꝑegrinꝰ ⁊ ſctūs amator cū alijs epiſcopis faciebāt. Cui ille de tumulo rūdit. Non poſſum mō venire: q: hoſpitē quēdā me cuſtodire opꝫ ne a ſerpētibꝰ q̄ hic habitant occidat. Abiens ille q̄ audierat nūciauit: reuerſuſq; ait. Sctē cocordiane veni ⁊ adduc tecū viuianū ſubdiaconē ⁊ iunianū acolitū vt officiū ſuū faciāt. Alexāder autē hoſpitē tuum cuſtodiet. Viſumq; eſt igit mamertino ꝙ ſctūs concordianꝰ apprehēſa manu duceret eū ſecū. Cūq; ad eos veniſſet dixit ei ſanctꝰ amator. Quis eſt iſte qui tecū ingreſſus eſt. Qui ait. Hoſpes meus eſt. Et ille expelle eū q: pollutus eſt ⁊ nobiſcū nō pōt eē. Qui cū expelleret ꝓſtratꝰ corā eis ſcti amatoris grāȝ impetrauit. Qui iuſſit ei vt ad ſctm germanū ꝑgere feſtinaret. Euigilatꝰ igiꝉ ad ſctm germanū venit ⁊ corā eo ꝓſtratꝰ veniā poſtulabat. Qui cū ea q̄ ſibi contigerāt enarraret ꝑrexerunt ambo ad tūbā ſcti concordiani ⁊ remoto lapide viderūt plures ſerpentes qui. x. pedū longitudinē excedebāt. Cūq; oēs diffugerēt beatꝰ germanꝰ eis imperauit vt ad talē locuȝ pergāt vbi decetero nemini ꝑſumant nocere. Sicq; mamertinus baptizatus eſt ⁊ ſanatꝰ: factuſq; monachꝰ monaſterij ſcti germani vbi poſt ſctm allodiū factus fuit abbas. B Huiꝰ tpe in eius monaſterio abbas ſanctꝰ marinꝰ extitit cuiꝰ obediētiā ſanctꝰ mamertinꝰ ꝓbare volēs vilius officiū monaſterij ei cōmiſit paſtorē. ſ. eū faciēs bubaloꝝ. Cuȝ igiꝉ in ſylua quadā boues ⁊ vaccas libēter cuſtodiret tanta ſctitate pollebat ꝙ etiā aues ſilueſtres ad ſe venientes manu ꝓpria nutriebat. Nā ⁊ aprū q̄ ad cellā eiꝰ confugerat a canibꝰ eripuit ⁊ abire fecit. Latrones quidā cū eū expoliaſſent vt veſtē eiꝰ ſecū ferētes abirēt ſoluȝ ei palliolū dimiſerunt. Qui ſtatim poſt eos clamauit dicēs. reuertimini dūi mei. ecce denariū colligatū in medio pallio inueni q̄ vobis forſitan neceſſarius erit. Qui ꝓtinꝰ reuertentes palliolū cuȝ denario abſtulerūt: ⁊ nudū penitꝰ dimiſerunt. Sȝ cū feſtināter ad ſuas latebras ꝓperarēt tota nocte euntes in ipſo crepuſculo ad eiꝰ cellulā ſunt reperti. Quos ille ſalutās in cellā ſuā benigne recepit pedeſq; eoꝝ lauās neceſſaria quātū potuit miniſtrauit. Qui ſtupefacti de eo qd̄ fecerāt doluerūt: ⁊ vnuſquiſq; eoꝝ ad fidē ꝯuerſus eſt. Quadā vice cū q̄dā iuniores monachi ſecū manentes vrſe cuidā qui ouibꝰ inſidiabatur laqueos tetēdiſſent illa in laqueos nocte irruēs capta tenebaꝉ. Qd̄ ſanctꝰ mamertinꝰ preſciens de lecto ſurrexit ⁊ eā inueniens dixit illi. quid facis o miſera. Fuge cito ne capiaris. Eam diſſoluens dimiſit Verū cū mortuus fuiſſet ⁊ corpus eius antiſiodoꝝ deportarēt ⁊ cuȝ fuiſſent in quadā villa nullo modo illud inde mouere potuerūt quoaduſq; quidā incarceratus ſubito fractis vinculis liber exiliens venit ad corpus: ⁊ cum alijs vſq; ad vrbē portauit. Ubi in eccleſia ſancti germani honorifice eſt ſepultus.



¶ De ſctō egidio. cxxv. A

EGidius dr̄ ab e quod eſt ſine et geos quod eſt terra ⁊ dyan quod eſt claruȝ ſiue diuinum: ipſe namq; fuit ſine terra per terrenorum deſpectionem: clarus per ſcientie illuſtrationē: diuinꝰ ꝑ amorē qui aſſimilat amantem amato



EGidius athenis ex regia ſtirpe progenitus ⁊ ſacris literis ab infantia eruditus dū quadā die ad eccleſiam ꝑgeret cuidā egro in platea iacēti ac eleemoſynā petēti tunicā ſuā tribuit q̄ indutus ſanitatē integrā mox recepit. Poſt hoc parētibꝰ ſuis ī dn̄o quieſcentibus patrimonij ſui fecit heredeȝ. Quadaȝ vice dū ab eccl'ia rediret quidā vir a ſerpēte ꝑcuſſus eidē obuius extitit. Sȝ orōne fuſa egidius ꝓtinꝰ virus fugauit. Quēdam demoniacū in eccl'ia cū ceterꝭ exiſtentē ⁊ fideles clamoribꝰ ſuis turbantē egidius demone fugato ſanauit. Verū humani fauoris formidans periculū clā littus maris petijt: ⁊ nautas quoſdam in mari periclitantes circūſpexit: et facta orōne tēpeſtatē oēm ſedauit. Applicantibus auteȝ nautis audito ꝙ romā tenderet grās eius meritis egerūt ⁊ ꝙ eum ſecū gratis veherēt ꝓmiſerūt. Cū igꝉ arelatē veniſſet ⁊ biēnio cū ſctō ceſareo eiuſdē ciuitatꝭ epō māſiſſet ⁊ ibidē quēdā triēnio febricitanteȝ curaſſet eremuȝ cupiens clam diſceſſit: ⁊ cum veredonio eremita ſctitate cōſpicuo diu māſit vbi ſterilitatē terre meritis ſuis fugauit. Sed dum vbiq; miraculis choruſcaret humane laudis timēs periculū relicto eo interiorē eremum penetrauit vbi quoddā antrū ⁊ quēdam fonticulū reperiēs: quādā nihilominus diuinitus ceruaȝ ꝑparatā ibidē habuit in nutricē q̄ certis horis lactis alimoniā ſibi prebebat. Sed cuȝ ibidem regis pueri venarētur, predictā vidētes ceruam ceteris feris contēptis hāc canibus inſequūtur. A quibus dū vehemēter vrgeretur ad pedes ſui confugit alūni. Ille ꝟo admirās cur preter ſolitū ſic mugiret exiens ⁊ venatores audiens dn̄m exorauit: vt quam ſibi tribuerat nutricē ſeruaret. Canū autē nullus infra lapidis iactuȝ appropinquare auſus eſt. ſed cum nimio vlulatu ad venatores reuertebanꝉ. Nocte igitur ſuperueniente domū redeūt ⁊ ſequēti die illuc reuertētes caſſo labore domū iterū redierunt. Qd̄ cuȝ rex audiſſet rem: vt erat ſuſpicatus cum epō ⁊ multitudine venatorū illuc ꝓperauit. Sed cum canes vt prius accedere nō preſumerēt: ſed oēs vlulando redirent locū veprium dēſitate inacceſſibilē in gyrū circundederunt. Unus autē incaute ſagittā dirigēs: vt inde ceruā expelleret viro dei pro cerua oranti graue vulnus inflixit. Sed milites ſemitā ferro aperientes ad ipſius deuenerūt ſpeluncā. Et vidētes ſenem habitu monachali veſtitū canicie autē ⁊ etate venerabileȝ: ceruā quoq; ad eius genua ꝓuolutā ſolus epſ ⁊ rex cōpedites adierūt: ceteris retro ſtare iuſſit. et interrogauerūt eū quis eſſet vl' vn̄ veniſſet: aut cur tā denſam eremi veſtitatē petiſſet: ſeu quis eū vulnerare tam grauiter ꝑſumſiſſet. Quibus cum ad ſingula rn̄diſſet: ⁊ illi ab eo veniā humiliter poſtulaſſent medicos ſanādo vulneri ſpopōderūt: et multa donaria obtulerūt. Sed ipſe nec medicinā adhibere voluit ⁊ munera contēnēs ad ipſa etiā nō reſpexit: quin potius ſciēs virtutē in infirmitate perfici: dn̄um exorauit ne q̄diu viueret ſanitati priſtine redderetꝉ. ſed cū rex eū frequēter viſitaret ⁊ pabulū ſalutꝭ ab eo reciperet: immēſas diuitias obtulit: ſed eas ille recipere recuſauit: admonēs vt inde monaſterium cōſtrueret vbi monaſtici ordinis diſciplina vigeret. Qd̄ cum rex feciſſet victus egidius lacrimis et ꝑcibꝰ regis poſtq̄ plurimum renuiſſet illius monaſterij curaȝ ſuſcepit. B Huius ſancti famam rex karolus vt audiuit eiꝰ impetrato aduentu reuerēter euȝ ſuſcepit. Inter cetera ſalutis colloquia eū rogauit vt pro eo dignaretur orare: q: quoddā facinꝰ enorme cōmiſerat quod nulli vnq̄ nec ipſi ſctō ꝯfiteri auderet. Sequēti igiꝉ dn̄ica dū egidius celebrans pro rege oraretꝭ angelus dn̄i eidē apparēs cedulā ſup altare poſuit ī qua ſcriptū erat ꝑ ordinē regis peccatū egidij ꝑcibꝰ dimiſſum: ſi tn̄ penitēs ⁊ cōfitēs ab illo deinceps abſtineret. Adiunctūq; erat in fine vt quiſq; ſctm egidiū ꝓ quocūq; cōmiſſo inuocaret ſi tn̄ ab illo deſtineret eiꝰ meritis ſibi remiſſuȝ nō dubitaret. Oblata igiꝉ regi cedula peccato ſuo rex agnito veniā humiliter poſtulauit. Egidius aūt cū honore rediēs apud neumaſcēſem vrbē filiū pricipis q̄ tūc obierat ſuſcitauit. Poſt aliquātulū ꝟo tpis renūciās monaſteriū ſuū nō longe ab hoſtibꝰ euertendū romā adijt ⁊ priuilegiuȝ eccleſie ſue duoq; oſtia cypreſſina in q̄bus ſculpte erāt imagines apl'oꝝ a papa impetrās dimittenſq; ea in tyberim diuino regimini cōmendauit: ⁊ ad monaſteriū rediēs cuidā cōtracto apud tyberonē greſſuȝ reſtituit. Cūq; ad monaſteriū rediſſet predicta oſtia in porticu inuenit: ⁊ grās agēs deo ꝙ in tot maris pericula illeſa ſeruaſſet ea in liminibꝰ eccleſie ſue ad decus eccleſie et monumentum pacti romane ſedis erexit. Tandē dn̄s diē ſui obitus imminere ſibi per ſpiritū reuelauit. Qd̄ ille fratribꝰ indicās et pro ſe orare ſuadēs in dn̄o feliciter obdormiuit vbi choros angelorū eius aīam in celum ferentium plurimi ſe audiuiſſe teſtati ſunt. Claruit circa annū dn̄i. lxx.

¶ De natiuitate btē marie ꝟginis. cxxvj A



NAtiuitas glorioſe ꝟginis marie ex tribu iuda et regia ſtirpe dauid duxit originē. Mat. aūt ⁊ lucas nō generationē marie: ſȝ ioſeph diſcripſerūt q̄ tn̄ a ꝯceptione xp̄i penitꝰ alienꝰ fuit q: ꝯſuetudo ſcripture dr̄ fuiſſe vt non mulierum ſȝ virorum gn̄ationis ſeries texereꝉ. Veriſſime tn̄ ꝟo beata ex ꝓgenie dauid deſcēdit. Qd̄ precipue ptȝ ex hoc q̄m vt ſepe ſcriptura teſtaꝉ xp̄s de ſemine dauid duxit originē. Dum igiꝉ xp̄s de ſola ꝟgine natus ſit manifeſtū eſt ⁊ ipām virginē ex dauid natā eſſe: ⁊ hoc ex cathena nathā. Dauid eni inter ceteros habuit duos filios. ſ. nathā ⁊ ſalomonē. Ex cathena igitur nathā filij dauid vt teſtatur ioannes damaſcenꝰ leui genuit melchi ⁊ pāthar pāthar genuit barpāthar. barpāthar genuit ioachī ioachim virginē mariā. Ex cathena autē ſalomonis mathā habuit vxorē ex quo genuit iacob. Defuncto

aūt nathā melchi ex tribu nathā qui filius q̄dē leui
frater autē pātheris nupſit vxoꝛi nathā mrī aūt ia-
cob. ⁊ genuit ex ea hely. Facti ſunt aūt fratres vteri-
ni iacob ⁊ hely. iacob q̄dē ex tribu ſalomonis. hely d̄
tribu nathā. Defunctꝰ eſt aūt hely ex tribu nathā ſi
ne liberis ⁊ accepit iacob frater eiꝰ q̄ ex tribu ſalomo
nis vxoꝛē eiꝰ ⁊ ſuſcitauit ſemē fratris ſui ⁊ genuit io
ſeph. ioſeph igr̄ natura eſt filius iacob ex deſcēſione
ſalomonis ſm̄ legē aūt hely qui ex nathā. Nā filiꝰ q̄
naſcebat̄ ſm̄ naturā erat q̄dē generātis ſm̄ aūt legē
defuncti. Hec damaſcenꝰ. Sicut aūt in eccl'iaſtica hi-
ſtoꝛia d̄r. ⁊ beda in ſua chꝛonica teſtat̄: cū oēs ḡnatio
nes hebꝛeoꝝ ⁊ alienigenaruꝫ in arcis tēpli ſecretio-
ribꝰ ſeruarent̄: herodes oēs iuſſit incēdi exiſtimans
ſe nobilē poſſe videri ſi deficientibꝰ ꝓbamētis ꝓge-
nies ſua ad iſrael ꝑtinere crederet̄. Fuerūt tm̄ quidā
dicti dn̄ici ſic dicti ob ꝓpinquitatē xp̄i q̄ et nazarei
fuerūt qui oꝛdinē ḡnatiōis xp̄i partim vt a ꝑauis di
dicerāt partiꝫ a q̄buſdā libꝛis habuerūt quos domi
habebāt quātū poterāt ꝑdocebāt. ¶ Joachiꝫ aūt
accepit vxoꝛē noīe annā q̄ habuit ſoꝛoꝛē noīe hiſme-
riā. Hec aūt hiſmeria genuit elizabeth ⁊ eliud. eliza-
beth ioā. baptiſtā. De eliud natꝰ eſt aminē. d̄ aminē
natꝰ eſt ſ. ſeruatius cuiꝰ coꝛpus eſt in opido traiecti
ſuper fluuiū moſam in ep̄atu leodieñ. Anna autē tres
viros habuiſſe d̄r: ſ. ioachim cleopham ⁊ ſalome. De
p̄io aūt viro. ſ. ioachim genuit vnā filiā. ſ. mariā ma-
trē dn̄i: quā ioſeph nuptui dedit. q̄ xp̄ꝫ dn̄ꝫ genuit ⁊
peperit. Moꝛtuo ioachim accepit cleophā fratrē io-
ſeph: ⁊ genuit ex eo aliā filiaꝫ quā ſilr̄ mariā vocauit
⁊ alpheo poſtmodū in cōiugē ſociauit. Hec autē ma
ria ex alpheo viro ſuo q̄tuoꝛ filios genuit. ſ. iacobuꝫ
minoꝛē: ioſeph iuſtū q̄ ⁊ barbaſas ſymonē ⁊ iudam.
Moꝛtuo ſcd̄o viro anna tertiuꝫ cepit noīe ſalome ex
q̄ aliā filiā genuit quā rurſus mariā vocauit: ⁊ zebe-
deo in cōiugē tradidit. Hec aūt maria ex zebedeo vi
ro ſuo duos filios genuit: ſ. iacobū maioꝛē ⁊ ioānneꝫ
euangeliſtā. Vn̄ ⁊ de hoc extāt ꝟſus. Anna ſolet dici
tres concipiſſe marias. Quas genuere viri ioachim
cleophas ſalomeq̄. Has duxere viri ioſeph alpheus
zebedeus. Pꝛima parit xp̄m. iacobū ſcd̄a minoꝛem.
Et ioſeph iuſtū pepit cū ſymone iudā. Tertia maio-
rem iacobū volucremq̄ ioannē. Sꝫ mirū vr̄ quō b. ma
ria potuit eē cognata elizabeth vt ſuperiꝰ dictuꝫ eſt.
Cōſtat eī elizabeth vxoꝛē fuiſſe zacharie q̄ erat d̄ tri
bu leui ⁊ ſm̄ legeꝫ q̄libet de ſue tribꝰ familia ducere
debebat vxoꝛē ⁊ ipam de filiabꝰ aaron lucas fuiſſe te
ſtat̄. Anna aūt fuit ſm̄ Hiero. de bethleē q̄ erat d̄ tri
bu iuda. Sꝫ ſciendū ꝙ ipſe aaron ⁊ ioiada ſummꝰ ſa
cerdos ambo de tribu iuda duxerūt vxoꝛes. Vn̄ tri-
bus ſacerdotalis ⁊ regalis cognatiōe ſp̄ adinuicē ꝓ
bant̄ fuiſſe cōiuncte. potuit aūt vt dicit Beda hmōi
cōiunctio recētioꝛi tp̄e fieri datis nuptui feminis de
tribu in tribū vt manifeſte b. mariā q̄ ex tribu regia
deſcēdit cū tribu ſacerdotali cognationem ḡnis ha-
buiſſe ꝯſtaret: ⁊ ita b. maria d̄ vtraq̄ tribu erat. Vo
luit eīm dn̄s vt he tribꝰ ꝓuilegiate ꝓpter myſteriū
adinuicē miſcerent̄: q: de eis dn̄s naſciturꝰ erat q̄ ve-
re rex ⁊ ſacerdos ꝓ nobis ſeipſuꝫ offerret: et fideles
ſuos in militia huius vite pugnātes regeret: ⁊ poſt

victoꝛiā coꝛonaret. qđ etiā ex noīe xp̄i. i. vncti: q: ſo
li ſacerdotes ⁊ reges ⁊ ꝓphete in lege veteri vngebā
tur. Vn̄ ⁊ nos a xp̄o xp̄iani dicimur et genꝰ electū et
regale ſacerdotiū appellamur. Sꝫ ⁊ qđ dicebatur ꝙ
mulieres tm̄ ſue tribꝰ hoībus iungerent̄ dictū fuiſſe
cōſtat ne diſtributio ſoꝛtiū ꝯfunderet̄: q: ſo leuitica
tribꝰ ſoꝛtē inter ceteras nō habebat mulieres de illa
tribu nubere poterāt cui volebāt. ¶ Hiſtoꝛiā autē
natiuitatis btē ꝟginis b. hieronymꝰ vt in ꝓlogo re
fert adoleſcētulꝰ in quodā libello legit. Sꝫ poſt mul
tū tp̄is vt ſe ibidē legiſſe recoluit p̄io rogatꝰ tran-
ſcripſit. Joachim nāq̄ ex galilea d̄ ciuitate nazareth
ſctām annuꝫ ex bethleē duxit vxoꝛē. Ambo aūt iuſti
erāt ⁊ ambo ſine rep̄hēſiōe in oībus mādatis dn̄i in
cedebāt omneq̄ ſuā ſubſtantiā tripharie diuidebāt
vnā partē tēplo ⁊ tēpli ſeruitoꝛibꝰ impēdebāt. Aliaꝫ
peregrinis ⁊ pauperibꝰ erogabāt. Tertiā ſibi et fa-
milie ſue vſibus reſeruabāt. Et ita per annos. xx. ꝓ-
lem ex cōiugio nō habētes: vouerūt dn̄o ꝙ ſi eis ſo-
bolē cōcederet eā ſeruitio dn̄i māciparēt. Cuius rei
gr̄a cū ſingulis annis in tribus feſtis p̄cipuis hieru
ſalem frequētarēt: ⁊ in feſto encenioꝝ ioachim cū tri
bulibus ſuis hierl'm aſcēdit ⁊ cū ceteris ad altare ac
cedēs oblationē ſuā offerre voluit. Quē vidēs ſacer-
dos cū indignatione nimia repulit. Et cur ad altare
dei accedere p̄ſumeret increpauit: aſſerens nō eē cō-
ueniēs maledicto legis obnoxiū oblationem dn̄o le
gis offerre nec inter fecūdos infecūdū: ⁊ q̄ ꝓpl'm dei
nō auxit aſtare. Joachim igit̄ ſic confuſum ſe videns
pꝛe pudoꝛe domū redire noluit ne ſil'r a cōtribulibꝰ
ſuis qui h̄ audierant tātū oppꝛobꝛiū ſuſtineret. Se-
cedens igitur ad paſtoꝛes ſuos cum ibi aliquandiu
fuiſſet quadā die ei ſoli angelus cū magna claritate
apparuit ⁊ de eius viſione turbato ne timeret admo
nuit dicēs. Ego ſum angelus dn̄i miſſus ad te vt an
nunciē tibi p̄ces tuas exauditas eſſe ⁊ elemoſynas
tuas in cōſpectu dn̄i aſcēdiſſe. Vidi eīm pudoꝛē tuuꝫ
⁊ audiui ſterilitatis oppꝛobꝛiū nō recte tibi obiectū.
pcti quippe nō nature vltoꝛ eſt deꝰ. Et ideo cū alicuiꝰ
vterū claudit ad hoc facit vt mirabilius denuo ape-
riat ⁊ nō libidinis eſſe qđ naſcit̄: ſꝫ diuini foꝛe mune
ris cognoſcat̄. Pꝛima gētis veſtre mater ſara non-
ne vſq̄ ad nonageſimū annū ſterilitatis oppꝛobꝛiuꝫ
ꝑtulit: ⁊ tm̄ iſaac cui repꝛomiſſa erat oīm gētiuꝫ bn̄di
ctio generauit. Rachel etiā nonne diu ſterilis fuit et
tm̄ ioſeph genuit q̄ totiꝰ egypti dn̄iuꝫ habuit. Quis
foꝛtioꝛ ſanſone vel ſanctioꝛ ſamuele ⁊ tm̄ hi ambo ma
tres ſteriles habuere. Rōne igit̄ et exēplis crede dila
tos diu ꝯceptꝰ ⁊ ſteriles partꝰ mirabilioꝛes eſſe ſole
re. Pꝛoinde anna vxoꝛ tua pariet tibi filiā ⁊ vocabis
nomē eiꝰ mariā. Hec vt vouiſtis erit ab infantia dn̄o
conſecrata: ⁊ adhuc ex vtero mr̄is ſue ſp̄ūſctō plena:
nec foꝛinſecus inter populares: ſꝫ in tēplo dn̄i ſemꝑ
moꝛabit̄ ne q̄d ſiniſtrū de ea aliq̄s ſuſpicetur ⁊ ſicut
ipſa ex ſterili mr̄e naſcet̄: ita mirabiliter ex ea altiſſi-
mi filiꝰ generabit̄ cuius nomē erit ieſus et ꝑ eū oībꝰ
gētibꝰ erit ſalus. Et hoc tibi ſignū. Cū ꝑueneris hie
roſolymis ad auream poꝛtam annam vxoꝛem tuam
obuiam habebis q̄ de tua tardatione modo ſollicita
ta tunc in cōſpectu tuo gaudebit. His dictis ange-



lus ab eo diſceſſit. Anna autē cū amare fleret ⁊ quo-
nam vir ſuus iuiſſet ignoꝛaret: idē angelus eidē ap-
paruit ⁊ ſibi eadē q̄ viro annūciauerat patefecit ad-
dens vt ꝓ ſigno hieruſalē ad aureā poꝛtā pergeret
⁊ ibidē viro ſuo redeunti obuiaret. Igit̄ iuxta an-
geli p̄ceptū ambo ſibi inuicē obuiantes de mutua vi
ſione letati ⁊ de ꝓle pꝛomiſſa ſecuri: adoꝛato dn̄o do
mū redierūt diuinū ꝓmiſſum hilariter expectantes
Anna igit̄ concepit ⁊ filiā peperit ⁊ nomē eiꝰ mariā
vocauit. Cōpleto igit̄ ꝑ triennium oblationis tp̄e ad
templū dn̄i virginē cū oblationibꝰ adduxerūt. Erāt
aūt circa tēplū iuxta. xv. graduū pſalmos. xv. aſcen-
ſionis gradus. Nam tēplum in monte erat cōſtitu-
tū altare holocauſti: qđ foꝛinſecus erat adiri niſi per
gradus nō poterat. In hoꝝ itaq̄ nouiſſimo virgo
cōſtituta cūctos ſine alicuius adiutoꝛio ita cōſcēdit
ac ſi iam etatis ꝑfecte eſſet. Perfecta igit̄ oblatione
filiā cū alijs virginibus in templo dimittētes ad ꝓ-
pꝛia redierūt. Virgo aūt quotidie in oī ſanctitate ꝓ
ficiens ab angelis quotidie viſitabat̄ ⁊ viſione diui-
na quotidie fouebatur. Ait enim Hiero. in quadam
epiſtola ad chꝛomatiū ⁊ heliodoꝝ ꝙ beata ꝟgo hāc
regulā ſibi ſtatuerat vt a mane vſq̄ ad tertiā oꝛatio
nibꝰ inſiſteret: a tertia vſq̄ ad nonaꝫ textrino operi
vacaret a nona ab oꝛationibꝰ nō recedebat quouſq̄
angelꝰ apparēs ſibi eſcam daret. ¶ Quarto aūt
decimo etatis ſue anno pōtifex publice denunciauit
vt virgines q̄ in tēplo inſtruebātur ⁊ etatis tp̄s im
pleſſent domum reuerterent̄ ⁊ viris legitime iunge
rent̄. Cuiꝰ mādato cū cetere paruiſſent. ſola beata
maria ꝟgo h̄ ſe facere nō poſſe r̄ndit: tum q: paren
tes ſui eā dn̄i ſeruitio mancipaſſent: tum q: virgini-
tatē ſuā dn̄o ipa vouiſſet. Tunc anxiatus pontifex:
eo ꝙ neq̄ ſm̄ ſcripturaꝫ que dicit vouete ⁊ reddite
votū infringendū putaret: nec moꝛē genti inſuetuꝫ
introducere auderet ad iminētem feſtiuitatē iudeo
rū ſenioꝛibus cōuocatis: oīum hec vna fuit ſn̄ia vt in
re tā dubia cōſiliū dn̄i q̄reret̄. Cū aūt oꝛationi inſi-
ſterent ⁊ pontifex ad cōſulēdū dn̄m acceſſiſſet: mox
de loco oꝛatoꝛij cunctis audientibꝰ vox inſonuit di-
cens: vt quicūq̄ de domo dauid nuptijs habiles cō
iugati non eſſent ſinguli virgas ſingulas ad altare
deferrēt: ⁊ cuiuſcūq̄ virgula germinaſſet. ⁊ in cacu-
mine eiꝰ: ſm̄ eſaie vaticiniū ſpiritusſanctus in cōlum
be ſpecie cōſediſſet ipſe ꝓculdubio eſſet cui virgo de
ſpōſari deberet. Erat inter ceteros ioſeph de domo
dauid cui cū incōgruū videret̄ ſi vir tā ꝓuecte etatis
tā tenerā virginē duceret in vxoꝛem: ceteris virgas
ſuas afferentibus ſolus ipſe virgaꝫ ſuam ſubtraxit.
Unde cū nil diuine voci cōſonū appareret pontifex
iterato dn̄m conſulendū putauit. Qui reſpondit ꝙ
ſolus ille virgā ſuam non attulit cui virgo deſponſa
ri deberet. Pꝛoditus itaq̄ ioſeph cū virgam ſuam
attuliſſet ⁊ ipſa illico floꝛē germinaſſet ⁊ in eius ca-
cumine colūba de celo veniēs cōſediſſet: liquido oī-
bus patuit ipſi virginē deſpōſandā foꝛe. Deſponſa
ta igit̄ virgine ioſeph ipſe q̄dē in ciuitatē bethleē re
cedit domū ſuā diſpoſiturus ⁊ nuptijs neceſſaria ꝓ
uiſurus. Virgo aūt maria cū ſeptē virginibꝰ coeuis
⁊ collataneis ſuis q̄s ob oſtēſionē miraculi a ſacer

dote acceperat: ad domū parētū in nazareth reuer-
ſa eſt. In diebꝰ aūt illis angelus gabꝛiel ei oꝛanti ap
paruit: ⁊ de ea naſciturū dei filiū nūciauit. ¶ Dies
aūt natiuitatis virginis aliq̄ tp̄e fideles latuit. Cō-
tigit igit̄ ſicut refert Joānes beleth vt quidā vir ſan
ctus ſedule cōtēplationi inſiſtēs ſingulis annis. vj.
idus ſeptēbꝛis in oꝛōne poſitꝰ iocūdiſſimā angeloꝝ
ſocietatē ſolēnizantē audiret. Cūq̄ deuotiſſime ſibi
reuelari peteret cur quolibet anno illo tātū die ⁊ nō
alio h̄ audiret diuinū accepit r̄nſum ꝙ virgo gloꝛio
ſa maria tali die fuerit mūdo nata: ⁊ ideo h̄ manifeſta-
ret filijs ſctē eccl'ie vt ꝯcoꝛdes fierēt in hac celebꝛita-
te celeſti curie. Cū aūt h̄ ſummo pōtifici ⁊ alijs inti-
maſſet ⁊ illi oꝛonibꝰ ⁊ ieiunijs ſcripturis ⁊ antiqui-
tatū teſtimonijs ꝟitatē ꝯperiſſent huc diē in hono-
rē natiuitatis ꝟginis celebꝛādū vniuerſalr̄. ſtatuer̄t
Octaua aūt natiuitatis btē marie olī nō celebꝛaba-
tur. ſed dn̄s innocentiꝰ quartꝰ natiōe ianuēſis ipaꝫ
inſtituit celebꝛandā. Cuiꝰ h̄ cā fuit. Gregoꝛio enim
ꝑ moꝛtē ſublato de medio romani oēs cardinales in
quodā cōclaui incluſerūt vt citiꝰ eccl'ie ꝓuideret̄. ſed
cū ꝑ pl'es dies ꝯcoꝛdare nō potuiſſent ⁊ ipi a roma
nis multas moleſtias ſuſtinuiſſent: vouerūt regine
celi ꝙ ſi eiꝰ meritꝭ ꝯcoꝛdarēt ⁊ liberati abire poſſent
octauas ſue natiuitatis diu neglectas decetero ſta-
tuerēt celebꝛādas. Sicq̄ i dn̄m celeſtinū ꝯuenerūt ⁊
liberati ꝑ dn̄m inocētiū votū adimpleuerūt. Celeſtinꝰ
eīm modico tp̄e ſupuixit ⁊ ideo ꝑ eū ipleri non potuit.
Et nota ꝙ tres natiuitates eccl'ia ſolēnizat. ſ. natiui
tatē xp̄i: marie ⁊ ioānis baptiſte. Que tres deſignāt
tres ſp̄ūales natiuitates. Cū ioāne nāq̄ i aq̄ cū ma-
ria in pn̄ia cū xp̄o renaſcimur in glia. Cū igit̄ natiui
tatē baptiſmi i adultis opoꝛteat p̄cedere ꝯtritionē ⁊
gl'ie ſil'r: ideo ille due merito vigilias hn̄t. Sꝫ cū pn̄ia
tota ſit ꝑ vigilia nō opoꝛtuit vt vigiliā hr̄et. Octa-
uas ꝟo oēs hn̄t: q: oēs ad octauā reſurrectiōis an-
helāt. ¶ Miles q̄daꝫ valde ſtrēnuꝰ ⁊ btē marie val
de deuotꝰ ad toꝛneamētū vadēs pꝛimo q̄ddā mona
ſteriū ad honoꝛē btē marie ꝯſtructū in itinere reper
tū miſſam auditurꝰ intrauit. Cū aūt miſſa miſſe ſuc
cederet ⁊ ille honoꝛe ꝟginis nullā p̄termittere vellet
tādē mōaſteriū exiēs ad locū ꝯcitꝰ ꝓꝑabat. Et ecce
redeūtes eidē occurrerūt ipm ſtrēnuiſſime militaſſe
referūt. Qđ cū oēs q̄ aderāt aſſererēt ⁊ vniuerſi euꝫ
ſtrēnuiſſime militaſſe vnanimiter acclamarēt: necnō
⁊ q̄dā q̄ ſe ab eo captos dicebāt ſe eidē offerrēt: ꝑ
pēdens vir diſcretꝰ vꝛbanā reginā vꝛbano mō ſe ho
noꝛaſſe q̄d acciderit manifeſtauit: ⁊ ad monaſterium
rediens filio virginis decetero militauit. Ep̄s q̄daꝫ
q̄ beatā mariā in ſumma reuerētia ⁊ deuotione ha-
bebat quādā eccl'iaꝫ beate marie in nocte media ex
deuotiōe adibat. Et ecce ꝟgo virginū comitata vni
uerſo virginū choꝛo veniēti viro occurrit ⁊ cū ſum-
mo honoꝛe ſuſceptū ad eccl'iaꝫ ad quā tendebat du
cere cepit: p̄cinētibꝰ duabꝰ de choꝛo puellis atq̄ di-
centibꝰ: cantemꝰ dn̄o ſocie cantemꝰ honoꝛē. Dulcis
amoꝛ xp̄i reſonet oꝛe pio. Quos verſus totꝰ aliꝰ cho
rus ꝟginū reſumēdo ꝓcantat. Pꝛedicteq̄ hinc can-
tatrices binos q̄ ſequunt̄ i oꝛdīe ꝟſus ſubſecute ſūt
Pꝛimus ad ima ruit magna de luce ſuperbus. Sic

homo cū timuit primꝰ ad yma ruit. Sicq̄ virum dei
cū tali ꝓceſſione vſq̄ ad eccl'iaꝫ ꝑduxerūt duabꝰ ſꝑ
incipiētibꝰ ⁊ ceteris reſpōdentibꝰ. Quedā mulier ſo
latio viri ſui deſtituta vnicū filiū habebat quē tener
rime diligebat. Quadā aūt vice filius eiꝰ ab inimicis
capit̄ ⁊ in cuſtodia vinculat̄. Qḋ illa audiēs incōſola
biliter flebat ⁊ beatā virginē cui multū deuota erat
ꝓ liberatione filij importunis ꝑcibus exorabat. Tā-
dē videns ꝙ ſic nihil ꝓficeret: eccl'iam in q̄ erat ſcul-
pta imago beate marie ſola intrauit: et corā imagi-
ne ſtans ipſam ſic alloquit̄ dicēs. Virgo beata ꝓ li-
beratione filij mei te ſepe rogaui ⁊ adhuc nequaq̄
matri miſere ſubueniſti. Patrocinium tuū pro filio
meo imploro ⁊ nullū adhuc ſentio fructū. Igit̄ ſicut
filiꝰ meꝰ mihi ablatꝰ eſt ſic ⁊ ego filiū tuū tibi auferā
⁊ obſidē ꝓ filio meo in cuſtodiā ponā et hec dicens
ꝓpius acceſſit ⁊ imaginē pueri quā virgo in gremio
baiulabat auferēs domū abijt accipiēſq̄ imaginem
pueri ipſaꝫ in lintheo mūdiſſimo inuoluit: ⁊ in arca
recondēs ipaꝫ cū claui diligentiꝰ obfirmauit: ⁊ bonū
obſidē in filio ſuo habere gaudēs ipm diligēter cu-
ſtodiēs. Et ecce ſequenti nocte beata virgo iuueni
apparuit ⁊ ianuā carceris aperiens inde vt exeat p̄-
cepit eiq̄ dixit. Matri tue fili dices vt meū mihi red
dat filiū ex quo reddidi ſibi ſuum. Qui exiēs ad ma
trē venit ⁊ qualiter beata virgo eū liberauerit enar
rauit. Illa autē plurimū exultās imaginē pueri ac-
cepit: et ad eccleſiam vadēs beate marie reddidit di
cēs. Gratias vobis domina refero q: mihi meū vni-
cum filiū reddidiſtis: ⁊ nunc vobis filium veſtrū red
do: q: meū me recepiſſe profiteor. ¶ Erat quidaꝫ
fur qui ſepe latrocinia exercebat: ſed beatā mariam
plurimū in deuotione habebat ⁊ eā crebrius ſaluta
bat. Quadā igit̄ vice furtim quedam rapiens capit̄
⁊ ſuſpendio adiudicatur. Cum aūt ſuſpenderet̄ con
tinuo beata virgo ei affuit: ⁊ ſuſpenſum tribus die-
bus vt ſibi videbat̄ ſuis manibus ſuſtentauit: ita ꝙ
nullam leſionē ꝑſenſit. Illi vō qui eū ſuſpenderunt
caſu inde tranſeūtes eū viuētem ⁊ vultu hilari repe
rerunt: ⁊ arbitrātes ꝙ nō bn̄ fuiſſet laqueo aſtrictꝰ
gladio ipſum iugulare volebant: ſed beata maria fe
rientium gladio manū opponebat. ⁊ illi ſibi nil noce
re poterāt. Cognoſcentes ergo illo referente ꝙ bea
ta maria ſic eū iuuabat mirantes eū depoſuerunt ⁊
amore virginis abire liberū dimiſerunt qui abiens
monaſterium intrauit ⁊ quoad vixit in ſeruitio dei
genitricis permanſit. Fuit quidam clericus q̄ beatā
mariā valde diligens horas eius ſedule decantabat.
Cum autē parentes eius morerentur aliū nō habē
tes heredē eidem hereditatē dimiſerunt. Cōpulſus
eſt igitur ab amicis vt vxorem acciperet: et heredi-
tatē ꝓpriā gubernaret. Quadam autem die cum ad
celebrandas nuptias tenderet in itinere quandam
eccl'iam reperit ⁊ recordatus ſeruitij beate marie in
ipſam ingrediens horas eius dicere cepit. Et ecce
beata maria eidem apparuit et quaſi ſeuerius ei di
xit. O ſtulte ⁊ infidelis cur me amicam et ſponſam
tuam relinquis ⁊ mihi aliam feminam anteponis.
Ad hoc ille cōpunctus ad ſocios rediit ⁊ totum diſſi
mulans celebratis nuptijs media nocte oībꝰ relictis
de domo aufugit ⁊ monaſterium intrans beate marie
deuote ſeruiuit. Sacerdos cuiuſdā parochie ⁊ ho-
neſte vite nullā miſſam niſi beate marie ſciebat quā
in eius honorē ſedule decantabat. Apud epm igitur
accuſat̄ ⁊ ab eo citius accerſit̄. Cū vō corā epo aliam
miſſam neſcire diceret: eps ipm quaſi ſeductorē du-
re redarguit et ab officio eum ſuſpēdēs ne decetero
eā miſſam decantare audeat interdixit. Sequēti au
tē nocte btā maria epo apparens eū plurimū incre
pauit ⁊ cur ſuū male ſic tractaſſet famulū requiſiuit
Addidit qꝫ ꝙ die. xxx. moreret̄ niſi ille ad conſuetuꝫ
officiū reſtitueret̄. Tremefactus eps presbyterū ac-
cerſiuit ⁊ veniā poſtulās vt nullā miſſam p̄ter illam
quā ſciebat de beata maria celebrare debeat īpera-
uit. Quidā clericꝰ vanus et lubricus erat ſed tn̄ dei
genitricē plurimū diligebat ⁊ eius horas ſanctas de
uote ⁊ alacriter decantabat. Quadā igit̄ nocte in vi-
ſione vidit ſe ante tribunal dei aſtare ⁊ dn̄m circun-
ſtantibꝰ dicere. De illo q̄ vos aſpicit quo iudicio di
gnus ſit vos ipſi decernatis quē tandiu toleraui et
nullū adhuc in eo emēdatiōis ſignū iueni. Tūc dn̄s
oībꝰ approbātibꝰ ſuꝑ eū dānationis tulit ſniam. et
ecce virgo btā ſurrexit ⁊ filio ſuo dixit. Pro iſto pie
fili clemētiā tuā rogo vt ſuꝑ eū dānationis ſniaꝫ mi
tiges. Viuat ḡ hic ob grām mei q̄ ob merita ꝓpria
adijcit̄ morti. Cui dn̄s. Tuis eīm petitionibus eum
tribuoſi vel ſaltē nūc eiꝰ correctionē īſpexero Et cō
uerſa virgo ad hoiem dixit. Vade et noli ampliꝰ pec
care ne deteriꝰ tibi cōtingat. Ille igit̄ excitatus vitā
mutauit ⁊ religionē petijt: et ibi bonis opibꝰ vitam
finiuit. ¶ Apud ſiciliā anno. dxxxvij. fuit q̄daꝫ vir
noīe theophilus cuiuſdā epi vicedominꝰ: vt ait ful-
bertus carnoten̄. eps q̄ tā prudēter ſub epo res ec-
cleſiaſticas diſpēſabat ꝙ mortuo epo eū dignū epa
tu oīs ppl's acclamabat. At ille vicedominatu contē
tus aliū in epm maluit ordinari. Tandē ab ipſo offi-
cio inuite ab epo depoſitꝰ in tantā inſipientiā eſt de
lapſus vt ad ſuā recuperādā dignitatē cuiuſdam iu
dei malefici conſiliū expeteret. Ille igit̄ diabolū ad-
uocauit ⁊ aduocatꝰ cōcitus venit: theophilus ḡ iuſ
ſu demonis xp̄m ⁊ matrē eiꝰ abnegauit xp̄iane ꝓfeſ
ſioni abrenūciauit: ⁊ ipſiꝰ abrenūciatiōis ⁊ abnega-
tionis chirographū ſuo ꝓprio ſanguine ſcripſit: et
ſcriptū anulo ſigillauit ⁊ ſigillatū demoni tradidit ⁊
ſic eiꝰ ſeruitio ſe addixit. In craſtinū igr̄ ꝓcuratiōe
demōis theophilꝰ ī grāꝫ epi recipit̄ ⁊ ī ſui dignitatē
officij reſtituit̄. Tādē ad ſe reuerſus de eo qḋ fecerat
valde īgemuit: ⁊ ad v̄ginē gl'ioſam vt ſibi ī adiutoriū
fieret tota mēt' deuotiōe ꝯfugit. Quadā igr̄ vice btā
maria ī viſiōe illi appꝫens de īpietate ipꝫ redarguit ⁊
diabolo abrenunciare p̄cepit xp̄m dei filiū et oē xp̄ia
nitatis ꝓpoſitum cōfiteri fecit ⁊ ſic ipſum in ſui et fi
lij gratiam recuperauit et ad iudicium indulte venie
iterum ſibi apparens chirographum quod diabolo
dederat ſibi reddidit et ſuper pectus poſuit vt iā nō
ſe diaboli ſeruum timeret: ſed per virginem ſe liberuꝫ
factū gauderet. Quo theophilus recepto vehemen-
ter exultans coraꝫ epiſcopo omniq̄ populo qḋ ſibi
acciderat retulit ⁊ cūctis admirantibꝰ ⁊ virginē glo
rioſam laudātibꝰ ipſe poſt triduum in pace quieuit



I Quidā vir ⁊ vxor ſua prope lugdunū circa annuꝫ
dn̄i. M.c. filiā vnicā hn̄tes eā cuidam iuueni nuptui
tradiderūt. Ob amorē aūt filie generū ſuū ſecū in do
mo tenebant. Mater autē puelle iuuenē amore filie
ſue taꝫ diligēter colebat vt nō maior eſſet puelle ad
puerū ꝙ ſocrus ad generū. Inter hec malicioſi dice
re ceperunt ꝙ hoc nō filie cā faceret: ſꝫ vt eidē ꝓ filia
ſeſe ingereret. Cuꝫ igit̄ mulieris aīm tanta falſitas
cōcuſſiſſet timēs ne in vulgi fabulam verteret̄ duos
ruſticos alloquit̄ vt ſi occulte generū ſtrāgulare vel-
lent cuilibet. xx. ſolidos pollicet̄. Quadam igitur die
eos in cellario recludēs maritū ſuū ex induſtria aliq̄
ire cōſuluit et filiam alio trāſmiſit. Tunc adoleſcens
iuſſu dn̄e ſue cellariū vt vinū afferret ingredit̄ ⁊ mox
a latronibus ſtrangulat̄. Mox ſocrus in lectum filie
ſue detulit ⁊ quaſi dormientē veſtibꝰ circūtexit. Re-
deuntibus ergo marito ⁊ filia: ⁊ ad menſam poſitis
iubet mater filie vt maritū debeat excitare ⁊ ad men
ſam vocare: que cū defunctū repiſſet ⁊ hoc cōcita nū
ciaſſet tota familia in lamentū vertitur: ⁊ illa mulier
homicida quaſi dolens cū ceteris lamentat̄. Tandeꝫ
mulier de ꝑpetrato ſcelere valde ingemuit et ſacer-
doti oīa ꝑ ordinem confeſſa fuit. Poſt aliquod tp̄s
inter mulierē ⁊ ſacerdotē litigiū orit̄ ⁊ ſacerdote ſi-
bi generi homicidiū irrogat̄. Qḋ cū ad parētū iuue-
nis notitiā deueniſſet adducitur ad iudicem ⁊ ab eo
ignibus cōcremanda dānat̄. Finē ergo ſuū iminere
cōſiderās et ad btām virginē ſe cōuertit ⁊ eiꝰ intrās
eccleſiā in orōne cum lacrimis ſe ꝓſtrauit. Poſt mo
dicū exire cōpellit̄ et in magnum ꝓiectaꝫ ignem oēs
ibidē ſtare illeſam et incolumen cōtuent̄. At parētes
pueri ignē paruum eē putātes ad ſarmēta cōcurrūt
⁊ in ignē ꝓijciūt. Videntes aūt ꝙ nec ſic in aliquo le
deret̄: lāceis ⁊ haſtis eā impugnare ceperunt. Tūc iu
dex qui aderat vehemēter obſtupuit et eos ab ipſi-
us impugnatiōe cōpeſcuit. Eā aūt diligenter cōſide
rans nullū in ea ſignuꝫ incendij preter ſola vulnera
lācearum inuenit. Cum aūt parētes eius domū eaꝫ
reduxiſſent ⁊ eā fomētis ⁊ balneis recrearēt nollēs
eam deus vlterius hūana ſuſpitione fedari poſt tri-
duū in laude v̄ginis ꝑſeuerantē ex hac vita vocauit.

¶ De ſctō adriano. cxxvij. A



Adrianus maximiano imperatore
regnante martyrium paſſus eſt.
Cū eīm p̄dictꝰ maximianꝰ in nichome-
dia vrbe idolis immolaret: iuſſu eiꝰ cū-
cti xp̄ianos ꝑquirētes alij timore pene
alij amore ꝓmiſſe pecunie vicini vici-
nos ꝓpinqui domeſticos ad ſuppliciū
trahebāt. Inter quos. xxxiij. a ꝑquirentibꝰ cōprehē
ſi ante regē adducti ſunt. Quibus rex. Nō audiſtis
q̄lis pena aduerſus xp̄ianos poſita ſit. Cui illi. Au-
diuimꝰ ⁊ ſtultā tuā iuſſionē irriſimus. Tunc rex ira-
tus neruis crudis eos cedi iuſſit ⁊ lapidibus ora eo
rum cōtundi mādauit: ac annotata vniuſcuiuſq̄ con
feſſiōe ferro vinctos ī carcere recludi cepit. Quorum
adrianꝰ cōſtantiā prior officij militar' cōſiderās di-
xit eis. Adiuro vos ꝑ deū veſtrū vt mihi dicatis que
eſt remuneratio quā expectatis ꝓ iſta tormenta. Ad
hoc dixerūt ſancti. Oculus nō vidit nec auris audi-
uit: nec in cor hoīs aſcēdit q̄ preꝑauit dn̄s diligētibꝰ
ſe ꝑfecte. Tūc adrianꝰ in mediū ꝓſiliens ait. Annota
te me cū iſtis: q: ⁊ ego xp̄ianꝰ ſuꝫ. Qḋ cū imꝑator au
diſſet nolētē ſacrificare vinctū ferro in carcerem po
ſuit. Natalia vō vxor eiꝰ audiēs virū ſuū incarcera-
tū ſcidit veſtimēta ſua flens plurimuꝫ ⁊ eiulans. Sꝫ
cū audiſſet ꝙ ꝓpter fidē incarceratꝰ fuiſſet: gaudio
repleta ad carcerē cucurrit ⁊ vincula viri ſui ⁊ alioꝝ
oſculari cepit. Erat eīm xp̄iana: ſed ꝓpter ꝑſecutio-
nē ſe nō publicauerat: ⁊ dixit ad virum ſuū. Beatus
es dn̄e mi adriane: q: inueniſti diuitias quas nō di-
miſerūt parentes tui quibꝰ egebūt hi q̄ multa poſ-
ſident qn̄ nō erit fenerādi tp̄s: nec mutuo accipiēdi
dū nullus de pena aliū liberabit: nec pr̄ filiū nec ma-
ter filiā nec ſeruus dn̄m nec amicus amicū: nec diui-
tie poſſeſſorē. Cūq̄ eū admonuiſſet: vt omnē gloriā
terrenā contēneret: ⁊ amicos ⁊ parētes ſperneret ⁊
ſemꝑ ad celeſtia cor haberet: dixit ad eā adrianꝰ. Va
de ſoror mea: tp̄e paſſiōis nr̄e accerſaꝫ te: vt videas
finē nr̄m. Sicq̄ virū ſuū alijs ſanctis recōmēdās: vt
eū. l. recōfortarēt: redijt in domū ſuā. ¶ Poſtmo
dū adrianus ſciens diē paſſionis ſue adeſſe dās mu
nera cuſtodibꝰ ⁊ ſanctos qui ſecū erant in fideiuſſo-
res abijt domū vocare nataliā ſicut ei iuramento ꝓ
miſerat: vt eoꝝ paſſionibꝰ p̄ſens eſſet. Quidā auteꝫ
eū vidēs p̄currit ⁊ nūciauit natalie dicēs. Abſolutꝰ ē
adrianꝰ ⁊ ecce venit. Qḋ illa audiēs nō credebat di-
cēs: ⁊ q̄s potuit eū abſoluere a vinculis. Non mihi
cōtingat vt abſoluatur vt vinculis ⁊ ſeparet̄ a ſctis
Dū hec loqueret̄ puer domeſticus venit dicēs. En
dn̄s meus dimiſſus eſt. Illa autem putās ꝙ marty-
riū refugiſſet amariſſime flebat. Et cū vidiſſet eum
ſurgēs velocius hoſtiū domꝰ cōtra eū clauſit ⁊ dixit
Longe a me efficiat̄ q̄ a deo corruit. Nō mihi ꝯtin-
gat loqui ori illius ꝑ qḋ dn̄m ſuū abnegauit. Et cō
uerſa ad eum dixit. O tu miſer ſine deo q̄s te coegit
apprehēdere qḋ nō potuiſti ꝑficere: q̄s te ſeparauit
a ſctis aut q̄s te ſeduxit: vt recederes a cōuentu pa-
cis. Dic mihi cur fugiſti anteq̄ pugna fieret: anteq̄
repugnātē videres. Quō vulneratus es nōdū emiſ
ſa ſagitta: ⁊ ego mirabar ſi ex gente ſine deo ⁊ de ge
nere impioꝝ aliq̄s offerret̄ deo. Heu me infelicem ⁊
miſerā q̄d faciā q̄ cōiuncta ſum huic ex genere īpio-
rū. Nō eſt ꝯceſſum mihi vt vniꝰ hore ſpatio vocarer
vxor martyris: ſed vt dicerer vxor trāſgreſſoris. Ad
modicū q̄dē exultatio mea fuit ⁊ ecce ꝑ ſecula oppro
briū meū erit. Hec aūt beatꝰ adrianꝰ audiens vehe-
mēter gaudebat: admirās de femina iuuene pulcer-
rima ⁊ nobili ⁊ ante. xiiij. mēſes nupta quō talia loq̄
poſſet. Vn̄ ex hō ꝙ ad martyriū ardētior effectꝰ v̄ba
eius libētiſſime audiebat. Sed cū eā nimis affligi vi
deret: dixit ei. Aperi mihi dn̄a mea natalia. Nō enim
vt putas martyriū fugi: ſꝫ te vt ꝓmiſi vocare veni: q̄
nō credēs ait. Vide quō me ſeduxit trāſgreſſor: quō
mētitur alter iudas. Fuge a me miſer meipſam iam
interficiā vt ſatieris: ⁊ dū moraret̄ ad aperienduꝫ ei
dixit. Aperi citius. Nā vadā ⁊ vltra non videbis me
⁊ poſt hoc lugebis ꝙ me ante exitum meū non vide
ris. Fideiuſſores dedi ſanctos martyres: ⁊ ſi miniſtri
me requirētes non inuenerint: ſuſtinebūt ſcti ſimul

toꝛmenta ſua et mea. Hec audiēs natalia aperuit et ſibi inuicem pſtrati ad carcerē ſimul abierunt. Ubi natalia per .vij. dies ſanctoꝝ vlcera cum lintheis pꝛecioſis extergebat. ¶ Statuta aūt die impatoꝛ eos pſētari iuſſit. q̄ reſolutis penis: quia ambulare non poterāt velut aīalia poꝛtabanť. Adrianus vo retro vinctis manibus ſequebať. Deinde adrianꝰ poꝛtās ſibi eculeum ceſari pꝛeſentať. Natalia vo adiungēs ſe ei dicebat. Uide dn̄e meꝰ ne foꝛte trepides cū toꝛmenta videbis. Modicū q̄dē nunc patieris: ſed cōtinuo cū angelis exultabis. Adrianus igiť ſacrificare nollens grauiſſime ceſus eſt. Currenſq; natalia cum gaudio ad ſanctos qui erāt in carcere ait. Ecce dn̄s meus inchoauit martyꝛiū. Cū aūt rex ne deos ſuos blaſphemaret moneret: ille ait. Si ego toꝛqueoꝛ q2 eos q̄ nō ſunt dij blaſphemo: q̄liter ipſe toꝛquebeꝛ q̄ verū deū blaſphemas. Cui rex. Hec vba te illi ſeductoꝛes docuerūt. Ad quē adrianus. Quō ſeductores eos dicꝭ q̄ ſunt doctoꝛes vite eterne. Currēs natalia hec r̄n̄ſa viri ſui alijs cū gaudio referebat. Tūc rex a q̄tuoꝛ validiſſimis viris fecit euȝ grauiter cedi. Oēs aūt penas ⁊ interrogatiōes ⁊ r̄n̄ſiones natalia alijs martyꝛibus q̄ erāt i carcere cōtinuo referebat. In tm̄ autem ceſus eſt vt eius viſcera effunderētur. Tunc ferro vinctus cū alijs martyꝛibꝰ in carcerem recluditur. Erat autē adrianus iuuenis delicatꝰ valde ⁊ decoꝛus annoꝛū .xxviij. Natalia vo virū ſuū ſupinū iacentē ⁊ totū laceratū conſiderans mittens manū ſub vertice eiꝰ dicebat. Beatus es dn̄e meus: q2 dignꝰ effectus es de numero eſſe ſanctoꝛū. Btūs es lumē meū. vt patiaris pꝛo eo q̄ ꝑ te paſſus eſt. Perge nūc dulcis meꝰ vt videas gloꝛiā eiꝰ. Audiēs autē impatoꝛ ꝙ multe matrōe ſanctis in carcere miniſtrarēt p̄cepit ne vlterius ad eos ingredi pmittanť. Qđ audiens natalia ſeipam tonſurauit ⁊ habitū virilem aſſumēs ſctis in carcere miniſtrabat. alias q; exēplo ſuo ad hoc induxit. Rogauitq; viruȝ: vt cum eſſet in glīa hanc p̄cem ꝓ ſe faceret vt ſe intractā cuſtodiens deus ad hoc ſeculo citius euocaret. Audiens autem rex q̄ matrone feciſſent iuſſit incudē afferri vt fractꝭ ſuper eaȝ cruribus ſcti martyꝛes interirent. Timens aūt natalia ne vir ſuus ex alioꝛuȝ ſupplicijs terrereť rogauit miniſtros vt ab eo inciperēt. Abſciſſis igiť pedibus cruribuſq; fractis rogauit eum natalia: vt manum ſibi abſcidi pmitteret: q̄tenus alijs ſanctis q̄ plura paſſi fuerāt cōparieſſet. Quo facto adrianꝰ ſpm̄ reddidit. Ceteriq; vltro pedes ꝓtēdētes ad dominū migrauerūt. Rex aūt eoꝝ coꝛpoꝛa cremari mādauit. natalia vo manū adriani in ſinu ſuo abſcōdit. Cū aūt coꝛpoꝛa ſanctoꝛū in ignē p̄cipitarenť voluit ⁊ natalia ſe cum eis in ignē pꝛecipitare. ſȝ ſubito vehementiſſimus imber erupit ⁊ ignem extinguēs coꝛpoꝛa ſctōꝝ illeſa ſeruauit. Xpiani vo ꝯſilio inito coꝛpoꝛa eoꝛum cōſtantinopolim tranſferri fecerūt quouſq; pace eccleſie reddita cū honoꝛe referrenť. Paſſi ſunt autem circa annum dn̄i .cclxxx. natalia vo domi remanens manum ſancti adriani ſibi retinuit quam in ſolatiū vite ſue ſemꝑ ad caput lectuli ſui tenebat.

B Poſt hoc autē tribunus videns nataliā tā pulcram tāq; diuitem et nobilem de voluntate imperatoꝛis honeſtas matronas ad eam miſit vt in ſuū cōiugiuȝ cōſentiret. Quibus natalia r̄n̄dit. Quis mihi pꝛeſtare poterit vt cōiugar tali viro. Sȝ peto triū dierum mihi dentur inducie vt me valeam p̄parare. Hoc aūt dicebat vt inde fugere poſſet. Cū aūt dn̄m exoꝛaret vt ſe intactam cōſeruaret ſubito obdoꝛmiuit. Et ecce vnꝰ martyꝛū ei apparuit ⁊ eā dulciter cōſolans vt ad locū in quo ſunt coꝛpoꝛa martyꝛum veniat imperauit. Euigilās igitur ⁊ manū adriani ſolam accipiens cum multis xpianis nauē conſcendit: qđ tribunus audiens cum multis militibꝰ eam ꝑ nauigium inſecutus eſt. Exurgēs aūt vētus ꝯtrꝰ multis eoꝝ ſubmerſis eos redire ꝯpulit. Media aūt nocte diabolus in ſpecie naucleri cū naui fantaſtica his qui erant cū natalia apparuit ⁊ quaſi voce naucleri ait eis. Un̄ venitis ⁊ quo ꝑgitis. Et illi. Ex nicomedia veniūꝰ ⁊ ꝯſtātinopolim ꝑgimus: q̄bꝰ ille ait. Erratis: ad ſiniſtrā ꝑgite vt rectiꝰ nauigetis. Hoc aūt dicebat vt eos in pelagus mitteret ⁊ perirēt. Cū autē vela mutarēt ſubito adrianꝰ in nauicula ſedēs eiſdē appuit ⁊ eos nauigare ſicut pꝛius ceperāt admonuit: aſſerēs ſpm̄ malignū fuiſſe qui ſibi locutꝰ fuerat: ponēſq; ſe ante eos p̄cedebat illos ⁊ viā eis oſtēdebat. Natalia vo adrianū p̄cedere videns īmenſo gaudio repleta eſt. Sicq; anteq̄ illuceſceret cōſtantinopolim aduenerūt. Cum aūt natalia in domū vbi erant coꝛpa martyꝛū introiſſet ⁊ manum adriani ad coꝛpꝰ poſuiſſet ⁊ poſt oꝛōnē doꝛmitaſſet adrianus ei apparuit ⁊ ſalutās eā vt in eternā pacē ſecū veniret p̄cepit. Que cū euigilaſſet ⁊ ſomniū aſtātibꝰ retuliſſet vale faciēs oibꝰ emiſit ſpm̄. Fideles autē coꝛpꝰ eiꝰ accipientes iuxta coꝛpa martyꝛū illud poſuerūt.

¶ De ſctis goꝛgonio ⁊ doꝛotheo. cxxviij. A



GOꝛgonius ⁊ doꝛotheus apud nicomediā pꝛimi in palatio diocletiani antique militie renūciāt vt liberiꝰ regē ſuū ſequanť ⁊ xpianos ſe voce libera ꝯfitenť: qđ ceſar audiens plurimū anxiebať egre ferēs ꝑdere tales viros q̄s intra palatiū nutritos moꝛū ⁊ generis noblitas decoꝛauit. Cum igiť nec minis nec blādicijs mouerenť in eculeo diſtēdūť: ⁊ flagellis et vngulis toto coꝛꝑe lacerati aceto ⁊ ſale nudatis pene eoꝝ viſceribꝰ ꝑfundunť: ⁊ cū hec alacriter tolerarēt in craticula aſſanť vbi q̄ſi in lecto floꝛū videbanť iacere nihilq; leſionis ſentire. Deinde iuſſu ceſaris laq̄o ſuſpēdunť ⁊ coꝛpa lupis et canibꝰ exponūtur: ſȝ tm̄ intacta a fidelibꝰ colligunť. Paſſi ſunt circa annū dn̄i .cclxxx. Poſt multos annos coꝛpus ſcti goꝛgonij romā trāſlatū eſt. anno dn̄i .dcclxxiij. eps meteñ. nepos pipini regis ipſum ad gallias trāſtulit ⁊ in goꝛgocieñ. monaſterio collocauit.

¶ De ſanctis pꝛotho ⁊ iacincto. cxxix A



PRothus ⁊ iacinctus fuerūt domicelli et in ſtudio phīe ſocij eugenie filie philippi nobiliſſimi romanoꝛū genere. Qui q̄dē philippus a ſenatu p̄fecturā alexādrie acceperat ⁊ illuc claudiā vxoꝛē ſuā et filios auitū ⁊ ſergiū filiā quoq; eugeniā ſecū duxit.



caret. Qui cũ veniſſet ipſum in fide inſtruxit: ⁊ eũ cum cccxiiij. de domo ſua baptizauit. Per hũc aũt ſiſinniũ multi nobiles ⁊ amici nerue imperatoris dño crediderũt. Tũc comes ſacroꝝ pecuniã multis dedit: et cõtra ſctm̃ clemẽtẽ ſeditionẽ maximã excitauit. H Tũc mamertinꝰ vrbis p̄fectꝰ populi ſeditionẽ maximã nõ ferens ad ſe clemẽtẽ adduci fecit. Quẽ cum redargueret ⁊ ad ſe inclinare attentaret ille ait. Optarẽ te ad rõnẽ accedere. Nã ſi canes multi cõtra nos latrauerint ⁊ morſibꝰ attractauerĩt: nũɋ̃ hoc nobis auferre pñt ꝙ nos ſumꝰ rõnabiles hoĩes ⁊ ipi ſunt irrationabiles canes. Seditio aũt ab imperitis exorta oñdit ſe nihil habere certũ vel verũ. Tũc mamertinus de eo traiano imperatori ſcribẽs reſpõſum accepit ꝙ aut ſacrificaret aut trãſpontũ mare in eremo qḋ adiacet ciuitati terſone ipm̃ in exilium mitteret. Tũc p̄fectꝰ clemẽti cũ lacrimis ait. Deꝰ tuꝰ quẽ pure colis ipſe te adiuuet. Prefectꝰ aũt ei nauẽ tribuit et oĩa neceſſaria miniſtrauit. Multi aũt clerici et laici ipm̃ in exiliũ ſunt ſecuti. Profectꝰ aũt in inſulã inuenit ibi pluſɋ̃ duo millia xp̄ianoꝝ ibidẽ iãdudũ ad ſecãda marmora dãnatoꝝ. Qui ſctm̃ clemẽtẽ videntes ſtatim in fletũ ⁊ lacrimas proruperũt. Quos ille conſolãs ait. Nõ meis meritis ad vos me miſit dñs veſtre corone participẽ me fieri. Et cũ ab eis didiciſſet ꝙ a ſexto milliario aquã ſuis humeriſ deportarẽt: dixit eis. Oremꝰ oẽs dñm ieſum xp̄m vt cõfeſſoribus ſuis fontẽ in loco iſto ac venas aq̃ aperiat. Et q̇ percuſſit petrã in deſerto ſina ⁊ fluxerũt aque in abundãtia: ipſe nobis laticẽ affluentẽ impertiat̃ vt de eiꝰ bñficijs gratulemur. Cũɋ̃ orõne facta hinc inde circũſpiceret: vidit agnũ ſtantẽ qui pede erecto dextro quaſi locũ ep̄o oñdebat. Et intelligẽs dñm ieſuꝫ xp̄ꝫ eſſe quẽ ſolus ipſe videbat: perrexit ad locũ ⁊ dixit. In nomine patris ⁊ filij ⁊ ſpũſſancti in iſto loco percutite. Sed cũ nullus in iſto loco in quo agnus ſteterat cõtingeret. ipſe accepto breui ſarculo leui ictu locum ſub pede agni ꝑcuſſit ⁊ ſtatim maximꝰ fons erupit ⁊ in fluuiũ creuit. Tũc vniuerſis gaudentibꝰ ſanctus clemẽs ait. Fluminis ĩpetus letificat ciuitatem dei. Ad hanc famã multi cõfluxerũt: ⁊ vna die quigẽti ⁊ amplius ab eo baptiſma ſuſceperũt ⁊ idoloꝝ tẽpla deſtruẽtes per totã prouĩciam intra annum vnũ lxxv. eccleſias edificauerunt. Poſt tres autẽ annos traianus imperator qui cepit anno dñi. cvj. hoc audiens quẽdã ducem illuc miſit. Qui cum oẽs libenter mori cõſpiceret multitudini ceſſit. ⁊ ſolum clemẽtem ligata ad collum eius anchora in mare p̄cipitauit dicẽs. Iam non poterunt ipm̃ ꝓ deo colere xp̄iani. Stãte aũt omni multitudine ad littus maris: cornelius ⁊ phebus diſcipuli eius oẽs orare preceperũt vt dñs corpus ſui martyris eis mõſtraret. Statimɋ̃ mari per tria milliaria recedẽte: omnes per ſiccuꝫ ingreſſi inuenerunt in modum templi marmorei habitaculum a deo paratum: et ibi in arca corpus ſancti clementis ⁊ anchoram iuxta eum. Reuelatum eſt autem diſcipulis eius ne inde tollerent corpus eius. Omni aũt anno tempore paſſionis per. vij. dies ad tria milliaria mare recedit ⁊ ſiccum iter aduenientibus tribuit. I In vna autem ſolẽnitatum mulier cum filio ſuo paruulo ad locũ acceſſit completis aũt feſtiuitatis ſolẽnijs cuꝫ puer obdormiret ſonus inundãtiũ aquarũ ſubito factus eſt. Mulier aũt territa ⁊ filij ſui oblita: cũ reliqua multitudine ad ripaꝫ aufugit. Que poſtmodũ filij memor cum eiulatu maximo flebat: et vſɋ̃ ad celũ lamẽtabiles voces dabat ac ꝑ littora clamãs et eiulãs diſcurrebat: ſi forte filij corpꝰ a littoribꝰ eiectũ videret. Sed cũ in ea ſpes oĩs deficeret: ad domũ redijt et totũ illum annũ in fletu ⁊ merore duxit. Poſt annũ igit̃ apto mari oẽs anticipãs ad locum cõcitãs venit ſi de filio forte aliquod veſtigiũ inuenire poſſet. Cũ ḡ aũ tumulũ ſcti clemẽtis ſe in orationẽ dediſſet ſurgens vidit infantẽ in loco vbi eũ reliquerat dormientẽ. Eſtimãs aũt eũ eſſe defunctũ: acceſſit ꝓpius quaſi corpꝰ collectura exanime. Sꝫ cum cuꝫ dormientẽ cognouiſſet excitatum velociter ſpectãtibꝰ ꝓplis incolumẽ in vlnis leuauit: et vbi ꝑ illũ annũ fuerit reqſiuit. Ille aũt ſe neſcire rñdit ſi annus integer p̄terierat: ſed tm̃ vnius noctis ſpatio ſe ſuauiter dormiſſe putabat. Ambro. ĩ p̄fatione ſic ait. Cuꝫ iniquiſſimus ꝑſecutor beatũ clemẽtẽ penis efficere a diabolo cogeret̃ nõ ei tormẽtum intulit ſed triũphũ. Iactatur ergo martyr ĩ fluctibꝰ vt mergeret̃ et hoc ꝑuenit ad p̄miũ vñ petrus magiſter eiꝰ ꝑuenit ad celũ. Amboꝝ ergo in fluctibꝰ xp̄s approbãs mentes clemẽtem ad palmaꝫ victorie de ꝓfundo reuocat. petruꝫ ad celeſtia regna in eodẽ elemento ne mergeret̃ eleuat. refert leo Hoſtiẽ. ep̄s ꝙ tp̄e quo michael imꝑator noue rome regebat imperiũ: ſacerdos quidã noĩe ph̄s q̇ ob ſummũ ingenium a pueritia fuerat ſic vocatꝰ: cũ terſonẽ ꝑueniſſet ⁊ de his q̃ narrant̃ in hiſtoria clemẽtis habitatores interrogaſſet q: aduene potius ɋ̃ indigene erant: ſe neſcire ꝓfeſſi ſunt. Siquideꝫ miraculũ marini receſſus ob culpã inhabitantiũ iaꝫ diu ceſſauerat: ⁊ ob incurſum barbaroꝝ tp̄e martini receſſus venientiũ tẽplum deſtructum fuerat. ⁊ arca cum corꝑe marinis fluctibus obrupta erat: exigentibꝰ culpis inhabitantium ſuꝑ quo miratus ph̄s ⁊ accedens ad ciuitaculã nomĩe georgiã cum ep̄o ⁊ clero acceſſit ad querendũ ſacras reliquias ad inſulã in qua eſtimabãt eſſe corpus martyris. Ubi cum hymnis ⁊ orationibꝰ fodiẽtes: diuina reuelatione inuenerũt corpus ⁊ anchoraꝫ cum qua fuerat in mare proiectum: ⁊ deportauerũt terſonã. Deinde p̄dictus philoſophus cum corpore ſancti clementis romã venit. ⁊ multis oſtenſis miraculis in eccleſia que nunc dicitur ſancti clementis honorifice corpus collocatũ fuit. In quadaꝫ aũt chronica legitur ꝙ mari ab illo loco exſiccato a beato cirillo moranoꝝ epiſcopo romã trãſlatum eſt.

## ¶ De ſancto griſogono. clxvij A



Griſogonꝰ iuſſu diocletiani in carcere recluditur vbi ſancte anaſtaſie alimonijs fouebatur cum ergo anaſtaſiã vir eius in arctiſſimam cuſtodiaꝫ poſuiſſet griſogono qui eaꝫ erudierat talia ſcripta direxit. Sctõ cõfeſſori xp̄i griſogono anaſtaſia. ſacrilegi iugum mariti ſuſcepi cuius deo miſerante thronum mentita infirmitate declinans. die noctuɋ̃ domini noſtri ieſu xp̄i amplector veſtigia. cũ iſte patrimoniũ meuꝫ ex quo illuſtrat̃ cum indignatione ac turpibus idolatris exhauriat: me quoɋ̃ velut magã atɋ̃ ſacrilegã cuſtodie tã grauiſſime mãcipauit vt me vitã tꝑalẽ amittere ſuſpicere. Nihil eñ ſuꝑeſt niſi vt amiſſo ſpiritu morti ſuccũbã. In qua morte lꝫ glorier tamẽ mea mens valde cõteritur: quia opes mee quas deo deuoueram a turpibus conſummũtur. Uale vir dei mementoɋ̃ mei. cui griſogonus ſic rñdit. vide ꝙ nõ conturberis in hoc ꝙ tibi pie viuenti inferantur aduerſa. Non eñ decipieris ſed ꝓbaris. Cito ad te placiduꝫ tp̄s xp̄s cõuertet: ⁊ quaſi poſt noctis tenebras floridum dei lumen aſpicies atɋ̃ poſt glaciei frigus aurea tibi tp̄a ⁊ ſerena ſuccedent. Uale in dño ⁊ ora pro me. Deniɋ̃ cũ beata anaſtaſia ſic in cuſtodia artaretur vt vix ei panis quadrans daretur eſtimans ſe morituram ſancto criſogono ep̄l'am in hec verba ſcripſit. Confeſſori xp̄i griſogo. anaſtaſia. Finis venit corporis memento mei: vt egredientem aĩam meã ipſe ſuſcipiat pro cuiꝰ amore iſta ſuſtineo que ex ore huius vetule recognoueris. Cui ille reſcripſit. Suꝑeſt vt lumen tenebre antecedant: ſicut etiã poſt infirmitatem ſalus reuertitur ⁊ vita poſt mortẽ ꝓmittit̃. Uno fine concluduntur ⁊ aduerſa huius mundi ⁊ ꝓſpera ne vel triſtibus deſperatio vel letis elatio dñetur: vnũ mare eſt in quo nauicule corporis noſtri velificant: ⁊ ſub vno corporis gubernatore aĩe nr̄e nautico funguntur officio. Quorũdã igitur naues fortiſſimis carinarũ nexibus ſolidate crebros equoris cõcitatos fluctus illeſe pretereunt quorũdam vo fragiles iuncture lignorum etiã in tranquillo viciniũ morti conficiunt curſum. Tu autem o xp̄i famula crucis tropheũ tota mente conſtringe ⁊ te ipſaꝫ prepara ad opus dei. Igitur dyocletianus aquilegie partibus prepoſitus ceteros xp̄ianos occidens ſanctum griſogonum ſibi preſentari iuſſit. Cui cum diceret. Accipe poteſtatem prefecture tue ⁊ conſulatum generiſ tui ⁊ ſacrifica dijs. Rñdit griſogonus. Unum deum in celo adoro: ⁊ dignitates tuas quaſi lutum contemno. Data igitur ſuper eum ſententia ad quendaꝫ locũ ducit̃ ⁊ ibidẽ protinꝰ decollat̃. Circa annos dñi. cclxxxviij. Cuiꝰ corpꝰ cũ capite ſctũs Zelꝰ p̄ſbyter ſepeliuit.

## ¶ De ſctã katharina. cxviij. A

Katharina dicitur a catha quod eſt vniuerſum et ruina quaſi vniuerſalis ruina. oẽ eñ edificiuꝫ diaboli in ea vniuerſaliter corruit. nã in ea corruit edificiũ ſuperbie per humilitateꝫ quã habuit carnalis cõcupiſcẽtie: ꝑ virginitatẽ quã ſeruauit cupiditatis mundane: q: oĩa mundana deſpexit: vel katherina quaſi kathenula. Ipſa eñ ſibi ꝑ bona opera quandam cathenam fecit. ꝑ quã vſɋ̃ ad celũ aſcẽdit. Que q̇dẽ cathena ſiue ſcala q̃ttuor gradus hꝫ q̇ ſunt innocẽtia operis: mũdicia cordis deſpectio vanitatis. ⁊ locutio v̾itatis. Quos ꝓpheta ꝑ ordinẽ ponit dicẽs. Quis aſcẽdet in mõtẽ dñi ⁊c. Et rñdet. Innocens manibus ⁊ mundo corde qui non accepit in vano animam ſuam nec iurauit in dolo ꝓximo ſuo. Qualiter aũt iſti quattuor gradus a beata katharina fuerunt patet ex legẽda ſua. B





Katharina coſti regis filia oĩbus liberalibus ſtudijs erudita fuit. Cũ aũt maxẽtiꝰ imperator oẽs tã diuites ɋ̃ pauꝑes ad alexãdriã cõuocaret ⁊ vt idolis ĩmolarẽt: ⁊ xp̄ianos ĩmolare nolẽtes puniret katharina cũ eſſet ãnoꝝ. xviij. ⁊ in palatio diuitijs ⁊ pueris pleno ſola remãſiſſet audiẽs aĩaliũ diuerſoꝝ mugitus ⁊ cãtãtiũ plauſus miſſo illuc nũcio inqri iuſſit celeriter qḋ h̃ eẽt. Qḋ cũ didiciſſꝫ aſſumptis aliq̇bꝰ de palatio ſigno crucis ſe muniẽs illuc acceſſit: ibiɋ̃ multos xp̄ianos metu mortis ad ſacrificia duci conſpexit. Que vehemẽti dolore cordis ſauciata ad imperatorem ſe audacter ingeſſit ⁊ ſic ait. Salutationem tibi ꝓferre imperator ⁊ ordinis dignitas et rationis via premonebat ſi creatorẽ celorũ agnoſceres ⁊ a dijs aĩm reuocares. Stãſɋ̃ ante ianuã tẽpli per varias cõcluſiones ſillogiſmorũ allegorice ⁊ methonomice diſerte ⁊ myſtice multa cũ ceſare diſputauit. Deinde rediens ad cõe colloquium dixit. Hec tibi tanɋ̃ ſapienti ꝓferre curaui. Nunc autem quare in caſſum cõgregaſti hanc multitudinem ad colendam ſtultitiã idolorũ. Miraris hoc tẽplũ manu artificum operatũ: miraris ornamenta pretioſa que velut puluis ante faciem venti erunt. Mirare potiꝰ celũ ⁊ terrã mare ⁊ oĩa que in eis ſunt. Mirare ornamẽta celorũ ſolẽ videlꝫ ⁊ lunã ⁊ ſtellas. Mirare famulatũ eoꝝ qualiter a mundi initio vſɋ̃ ad finẽ nocte ⁊ die currunt ad occidẽtẽ ⁊ redeũt ad orientem nec vnɋ̃ fatigant̃. Et cũ hec aĩaduerteris interroga ⁊ diſce qs ſit eoꝝ potentior. Cũ aũt ipſum ipſo donante intellexeris: nec ſimilẽ illi inuenire valueris ipm̃ adora: ipm̃ glorifica. Ipſe eñ eſt deus deoruꝫ et dñs dñantium. Cũɋ̃ de filij incarnatiõe ſapiẽter plurima diſputaſſet: ſtupefactus ceſar non valuit ad hec rñdere. Tandem ad ſe reuerſus dixit ad eam. Sine o mulier ſine nos finire ſacrificiũ: ⁊ poſt hoc tibi reſponſa reddemus. Precepit igitur eam ad palatiũ duci ⁊ cũ diligentia cuſtodiri: admirans nimiũ eius prudentiã et corporis pulcritudinem. Erat eñ ſpecioſa valde incredibili pulcritudine oĩm oculis admirabilis videbatur ⁊ gratioſa. Ueniens igit̃ ceſar ad palatium dixit katharine. Audiuimus tuã eloquẽtiam ⁊ mirati ſumus tuã prudentiã: ſed in deorũ ſacrificijs occupati oĩa plene intelligere nequiuimus. Nunc autẽ ab initio progeniem tuã requirimus. Et ſctã katharina ad hoc. Scriptũ eſt. Nec te collaudes: nec te culpaueris ipſe. Hoc faciunt ſtulti quos gloria vexat inanis. Confiteor tñ meã ꝓgeniẽ nõ tumore iactantie ſed humilitatis amore. Ego eñ ſum katharina coſti regis vnica filia. Que ɋ̃uis in purpura nata ⁊ liberalibus diſciplinis non mediocriter inſtructa. Hec tñ oĩa cõtẽpſi ⁊ ad dñm ieſum xp̄m confugi. Dij autẽ quos colis nec te nec alios iuuare pñt. O igitur infelices talium numinũ cultores quibꝰ aduocatis in neceſſitate nõ aſſunt: ⁊ ĩ tribulatiõe nõ ſuccurrũt in periculis nõ defendũt. Cui rex. Si ita eſt vt dicis totus mundus errat ⁊ tu ſola verũ dicis cum tamẽ omne verbũ in ore duorũ vel trium teſtiũ confirmet̃. Si angelus eſſes: ſi celica virtus adhuc tibi credera-

nemo deberet: quãtominꝰ cũ femina fragillis eſſe ꝓbaris. Cui illa. Ne obſecro ceſar a furore tuo te vinci ꝑmittas: vt ĩ ſapiẽtis aĩo nõ ſtet turbatio dira: ſic nãq poeta ait. Tu ſi aĩo rexeris rex eris: ſi corpe ſeruus. Et rex. Ut video peſtifera calliditate nos illaq̃are diſponis dũ ꝑ exẽpla phoꝝ ſermonẽ ꝓtrahere niteris. Uidẽs aũt ceſar ꝙ eiꝰ ſapiẽtie obuiare non poſſet: mãdauit occlte ꝑ lr̃as vt oẽs grãmatici ⁊ rhetores ad ꝑtoriũ alexãdrie feſtinant venirẽt: immẽſa munera recepturi ſi cõcinatricẽ ꝟginẽ ſuis aſſertionibꝰ ſuperarẽt. ¶ Adducti ſunt igr̃ de diuerſis ꝓuincijs q̃nquaginta oratores qui oẽs mortales in oĩ mũdana ſapiẽtia excellebant. Quibꝰ interrogãtibꝰ cur tam de remotis ꝑtibꝰ euocati fuiſſent. Ceſar rñdit. Eſt apd̃ nos q̃dã puella ſenſu ⁊ prudẽtia incõparabilis q̃ oẽs ſapiẽtes cõfutat ⁊ deos nr̃os demões eſſe affirmat: quã ſi ſuperaueritis cũ honore magno ad ꝓpria redibitis. Ad hec vnꝰ indignatꝰ ſtomachãti voce rñdit. O magnũ ĩpatoris ꝯſiliũ q̃ ob vniꝰ degenerẽ puelle cõflictũ ſapiẽtes mundi de remotis ꝑtibꝰ aduocauit: cũ vnus ex nr̃is clientulis eã poterat leuiſſime cõfutare. Et rex. Poterã q̃dẽ hãc vi ad ſacrificandũ ĩpellere aut penis extinguere: ſꝫ melius iudicaui vt veſtris argumẽtis penitus cõfutet̃. Cui illi dixerũt. Adducat̃ corã nobis puella vt ſua temeritate cõuicta nunq̃ ſe ſapiẽtes vidiſſe cognoſcat: ſꝫ cũ virgo certamẽ qd̃ ſibi iminebat didiciſſꝫ: totã ſe dño cõmendauit. Et ecce angelus dñi aſtitit ſibi vt cõſtãter ſtaret admonuit aſſerens ꝙ nõ ſolũ ab his vinci nõ poterit ſꝫ inſuꝑ illa ĩpos cõuerſos ad palmã martyrij deſtinabit. Cũ ꝗ corã oratoribꝰ adducta fuiſſet: dixit imꝑatori. Quali iudicio ꝯ vnã puellã quinquaginta oratores opponis q̃s ⁊ pro victoria remunerãdos ꝑmittis: ⁊ me ſine ſpe mercedis pugnare cõpellis. Erit tñ merces mihi dñs ieſus xp̃s q̃ eſt ſpes et corona ꝓ ſe certãtiũ. Uez cũ oratores deũ fieri hoĩez aut pati impoſſibile dicerẽt: ꝟgo etiã hoc a gẽtilibꝰ ꝑdictũ eſſe oñdit. Nã plato aſtruit deũ circũrotũdũ ⁊ decurtatum. Sibilla q̃ ſic ait. Felix ille deus ligno qui pendet ab alto. Cũ igit̃ virgo cũ oratoribꝰ ſapiẽtiſſime diſputaret ⁊ eos aptis rõnibꝰ cõfutaret ſtupefacti illi qd̃ dicerent nõ inuenientes muti penitus ſunt effecti. Tunc imꝑator ꝯtra eos nimio furore repletus increpare eos cepit cur ab vna puella tã turpiter ſe vinci ꝑmitterẽt. Tũc vnꝰ magiſter aliorũ ſic ait. Noueris imꝑator ꝙ nullus vnq̃ añ nos ſtare potuit q̃n ꝯtinuo vinceret̃. Hec aũt puella ĩ q̃ ſpũs dei loquit̃ ſic nos in ãmirationẽ cõuertit: vt cõtra xp̃m aliq̃d dicere aut oĩno neſciamꝰ aut penitus formidemus. Uñ imꝑator cõſtãter fatemur ꝙ niſi ꝓbabiliorem ſniãm de dijs quos vſq modo coluimꝰ ꝓtulerꝭ ecce oẽs ad xp̃m ꝯuertimur. Audiẽs hec tyrãnus nimio furore ſuccẽſus: oẽs in medio ciuitatis cõcremari iuſſit. At ꝟgo ipſos cõfortãs ad martyrium cõſtãtes efficit ⁊ de fide diligenter ĩſtruxit. Et cũ dolerẽt ꝙ ſine baptiſmo decederẽt virgo rñdit. Ne timeatis q̃ effuſio vr̃i ſanguinis vobis baptiſmus reputabit̃ ⁊ corona. Cũ ergo ſigno crucꝭ muniti flãmis fuiſſent inſecti, ita aĩas dño reddiderũt: vt nec capilli nec veſtimenta eoꝝ ab igne in aliquo lederent̃. Cum aũt a xp̃ianis fuiſſent ſepulti: tyrãnꝰ virgini loquit̃ dicẽs. O virgo gñoſa iuuentuti tue cõſule ⁊ poſt reginã in palatio meo ſcd̃a vocaberis ⁊ imagine tua ĩ medio ciuitatis fabricata a cũctis velut dea adoraberis. Cui ꝟgo. Deſine talia dicere q̃ ſcelꝰ ẽ etiã cogitare. Ego me xp̃o ſpõſaꝫ tradidi. Ille glr̃ia mea: ille amor meꝰ ille dulcedo ⁊ dilectio mea ab eius amore nec blãdimẽta nec tormẽta me potuerũt reuocare. Tũc ille furore repletꝰ iuſſit eã ſpoliatã ſcorpiõibꝰ cedi ⁊ ceſam ĩ obſcurũ carcerẽ tradi: ibiq diebꝰ .xij. fame cruciari. ¶ Rege aũt ꝓ q̃buſdã cauſis inſtãtibꝰ extra regionis cõfinia ꝓcedẽte regina eiꝰ nimio amore ſuccẽſa cũ ꝑncipe militũ noĩe porphirio media nocte ad carcerẽ ꝟginis ꝓꝑauit. Quo cũ regina ĩtroiſſꝫ vidit carcerẽ inſtimabili claritate fulgẽtẽ: ⁊ angelos plagas ꝟgis pungẽtes. Incipienſq ꝟgo eterna ei gaudia ꝑdicauit: ⁊ ad fidẽ ꝯuertẽs martyrij coronã eidẽ ꝑdixit. Sicq vſq ad mediã noctẽ ſermonẽ ꝓtraxerũt. Que cũ oĩa porphirius audiſſet ad pedes ꝟginis ꝓcidit ⁊ cũ ducẽtis militibꝰ fidẽ xp̃i recepit. Quia ꝟo ꝑ .xij. dies ſine cibo tyrãnꝰ eſſe eã iuſſerat: xp̃s ꝑ hos dies miſſa de celo candida columba celeſti eã cibo refouebat. Deinde dñs cũ multitudine angeloꝝ ⁊ ꝟginũ eidẽ apparuit dicẽs. Agnoſce filia creatorẽ tuũ ꝓ cuiꝰ noĩe laborioſũ ſubijſti cõflictũ cõſtans eſto q̃ tecũ ſum. Rediẽs igr̃ imꝑator, eã ſibi ꝓñtari iuſſit. ⁊ vidẽs eã ſplendẽtẽ quã tanto ieiunio eſtimabat afflictã putauit ꝙ eã aliq̃s in carcere ſuſtentaſſet ⁊ furore repletꝰ cuſtodes torq̃ri ꝑcepit. Illa ꝟo ait. Ego cibũ ab homine nõ accepi: ſꝫ xp̃s me per ſuũ angelũ enutriuit. Cui imꝑator. Recõde oro qd̃ moneo ĩ corde tuo. ⁊ noli dubijs rñdere ſermõibꝰ. Nõ ⁊ q̃ſi famulã poſſidere cupimus ſꝫ regina potẽs ⁊ electa decore in regno meo triũphabis. Cui ꝟgo. Attende ⁊ tu obſecro et iudicij examine ꝟidica ſãctiõe decerne quẽ magis eligere debeo. An potẽtẽ eternũ glorioſũ ⁊ decoꝝ vel infirmũ mortalẽ ignobilẽ deformẽ. Tũc imꝑator indignatꝰ ait. ¶ De duobꝰ tibi vnũ elige aut ſacrificare vt viuas aut exq̃ſita tormẽta tibi vt pereas. Et illa. Quecũq tormenta potes excogitare ne differas: q̃ carnẽ ⁊ ſanguinẽ meũ xp̃o offerre deſidero: ſicut ⁊ ipſe ꝓ me ſeipſũ obtulit. Ipſe em̃ deꝰ: amator meꝰ: paſtor ⁊ ſpõſus vnicus meꝰ. Tũc q̃dã ꝑfectus furẽti regi ſuaſit infra triduũ q̃tuor rotas ferris ferreis ⁊ clauis acutiſſimis circũſeptas ꝑparare vt eã tã horribile tormẽtũ diſſecaret ⁊ ceteros xp̃ianos tã dire mortis exẽplũ terreret. Ordinatũq eſt vt due vno ordine voluerent̃. Due aũt ꝯtrio ĩpetu agerent̃: vt ille deorſum lacerãdo cõtraherẽt ille repugnẽtes ſurſũ deuorando ĩpingerẽt. Tũc btã ꝟgo dñm exorauit vt ad laudẽ ſui noĩs ⁊ cõuerſionẽ populi circũſtãtis ipſaꝫ machinã diſſiparet. Et ecce angelꝰ dñi molã illã cuꝫ tanto ĩpetu diuellẽdo cõcuſſit ꝙ q̃tuor millia gẽtiliũ interemit. ¶ Regina aũt q̃ deſuꝑ hoc aſpiciebat ⁊ vſq tunc ſe celauerat: ſtatim deſcendens imꝑatorẽ de tanta ſeuitia durius increpauit. Rex autẽ furore repletus cũ regina ſacrificare cõtẽneret. iuſſit eaꝫ extractis prius mãmillis decollari. Que cum ad martyrium duceretur. Katharinam rogauit vt pro ſe dominum precaret̃. Que rñdit. Ne timeas a deo dile



cta regina q̃ tibi hodie ꝓ trãſitorio regno cõmutabit̃ eternũ: ⁊ ꝓ mortali ſpõſo tibi immortalẽ acq̃res. Tũc illa cõſtans effecta tortores hortabat̃ ne qd̃ iuſſi fuerãt facere morarẽt̃. Miniſtri igit̃ extra ciuitatẽ eã ducẽtes ferreis haſtilibꝰ mãmillas eius euellũt ⁊ poſt caput eiꝰ ꝑcidũt. Cuius corpꝰ porphiriꝰ rapiẽs ſepeliuit. Sequẽti die cũ ꝺ corpore regie q̃ſtio fieret ⁊ multos ex hoc ad ſuppliciũ tyrãnꝰ ꝓtrahi iuberet porphiriꝰ ꝓrũpens in mediũ exclamauit. Ego ſuꝫ q̃ xp̃i famulã ſepeliui ⁊ xp̃i fidẽ recepi. Tũc maxentius amẽs effectꝰ rugitũ terribilẽ emittẽs exclamauit. O me miſerũ ⁊ oĩbꝰ miſerandũ: ecce porphirius q̃ erat vnicus aĩe mee cuſtos ⁊ totius laboris ſolatiũ deceptus eſt. Qd̃ cũ ſuis cõmilitibꝰ referret illi ꝯtinꝰ rñderũt. Et nos xp̃iani ſumꝰ ⁊ mori parati ſumꝰ. Tũc ceſar furore ebriꝰ ꝑcepit oẽs cũ porphirio decollari et corpora eoꝝ canibꝰ dimitti. Deinde katharinã aduocãs ait. Quãuis arte magica reginã mori feceris: ſi tñ reſipueris prĩa in palatio meo eris. Hodie igit̃ aut dijs ſacrificaꝭ aut caput amittes. Cui illa. Fac q̃cũq aĩo cõcepiſti paratã em̃ me videbis ad oĩa ſuſtinẽda. Data igit̃ ſuꝑ eam ſñia decolari iubet̃. Que cũ ad locũ deducta fuiſſet erectis in celũ oculis orauit dicẽs. O ſpes ⁊ ſalus credẽtiũ. O decus ⁊ gloria virginũ. Ieſu rex bone obſecro te vt q̃cũq paſſiõis mee memoriã egerit ſeu in exitu aĩe ſue vel ĩ quacũq neceſſitate me inuocauerit: tue ꝓpitiatiõis cõſequatur effectũ. Factaq eſt vox ad eã dicẽs. Ueni dilecta mea: ſpõſa mea ecce tibi celi ianua aperta eſt. Nam ⁊ his q̃ paſſionẽ tuã deuotis mẽtibꝰ celebrauerint: optata ꝑſidia ꝓmitto de celis. Deĩde cũ decollata fuiſſet de eius corpore ꝓ ſanguine lac emanauit. Angeli aũt corpꝰ eiꝰ accipiẽtes ab illo loco ad montẽ ſynai itinere pluſq̃ dierũ .xx. deduxerũt ⁊ ibidẽ honorifice ſepelierũt. Ex cuiꝰ oſſibꝰ indeſinẽter oleũ emanauit qd̃ cũctoꝝ debiliũ mẽbra ſanat. Paſſa ẽ aũt ſub maxentio ſiue maximiano tyranno q̃ cepit circa annos dñi .cccx. Qualit̃ aũt maxentiꝰ ꝓ hoc ſcelere ⁊ alijs q̃ cõmiſit punitꝰ fuit in hiſtoria de inuẽtiõe ſctẽ crucis habet̃. Dicit̃ ꝙ q̃dã mõachus rotomagẽſis ad montẽ ſynai ꝑrexit: ibiq ꝑ ſeptẽ annos in ſeruitio beate katharine deuotus ꝑmãſit. Quã cũ inſtantiꝰ exoraret vt aliq̃d de corꝑe ſuo hr̃e mereret̃. ſubito irrupit de manu illiꝰ vnus articulus digitoꝝ. Qui donũ dei letꝰ recepit ⁊ ad ſuũ monaſteriũ deportauit. ¶ Fert̃ quoq ꝙ dñi q̃dã btẽ katharine deuotꝰ exiſteret: ⁊ eã crebro in ſui adiutoriũ aduocaret ꝑ proceſſum tꝑis mẽtis incuria reſolutus ⁊ deuotionẽ mentis ꝑdidit et ab ipſius inuocatione ceſſauit. Qui in orõne poſitus vidit multitudinẽ virginũ ante ſe tranſeuntium inter quas vna erat q̃ ceteris ſplẽdidior videbatur. Que cũ appropinquaſſet faciẽ ſuaꝫ operuit: ⁊ ſic añ ipm facie velata trãſiuit. Cuiꝰ ſplẽdorẽ cũ ille nimiũ miraret̃ ⁊ q̃ eſſet interrogaret: vna ex eis rñdit. Hec eſt katharina quã olim cognoſcere ſolitus eras: nũc aũt q̃ eam cognoſcere non videris: coram te ſic velata facie tanq̃ a te incognita pertrãſiuit. ¶ Notãdum ꝙ btã katharina mirabilis apparet in q̃nq: Primo in ſapiẽtia. Scd̃o in eloquẽtia. Tertio in cõſtantia. Quarto in mundicia caſtitatis. Quinto in

bta catherina in qnq mirabilis appet.

priuilegio dignitatis. Primo admirabilis apparet in ſapiẽtia. In ipſa em̃ fuerũt oẽs ſpecies phie. Phia em̃ ſiue ſapia diuidit̃ in theoricã: practicã: ⁊ logicam. Theorica, diuidit̃ ſm quoſdã in tres. ſ. ĩ intellectualẽ. naturalẽ: ⁊ mathematicã. Habuit igr̃ b. katharina ſapientiã intellectualẽ in cognitiõe diuinoꝝ q̃ maxime viſa eſt in diſputatiõe ꝯ rhetores quibꝰ vnũ ſolũ deũ verũ eſſe ꝓbauit ⁊ deos oẽs falſos eẽ cõuicit. Scd̃o naturalẽ in cognitiõe oĩm inferioꝝ: qua maxime viſa eſt in diſputatiõe ꝯ imperatorẽ. ſicut ꝑtꝫ ibidẽ. Tertio mathematicã in cõtẽtu terrenoꝝ. Hec em̃ ſcĩa ſm Boetiũ ſpeculat̃ formas ſine materia in abſtractiõe Hãc b. katharina habuit q̃n animũ ſuũ ab omni materiali amore abſtraxit. Hãc enim ſe hr̃e oñdit cũ imꝑatori interrogãti rñdit. Ego enim ſunt katharina coſti regis filia: q̃ q̃uis in purpura nata ⁊c. Hac maxime viſa eſt cũ reginã ad cõtentũ mundi et deſpectũ ſui et deſideriũ regni eterni animauit. Practica aũt diuidit̃ in tres. ſ. in ethicã: yconomicã: et publicã ſiue politicã. Prĩa docet mores informare et ſe ꝟtutibꝰ exornare: ⁊ ꝑtinet ad oẽs. Scd̃a docet familiã bñ cõponere: et ꝑtinet ad patrẽfamilias. Tertia docet vrbes et populos et rẽpublicã bñ regere et ꝑtinet ad rectores vrbiũ. Hanc etiaꝫ triplicẽ ſciam habuit btã katharina. Primã em̃ habuit cũ ſe omni moꝝ honeſtate cõpoſuit. Secundã cũ familiã ſuã que ſibi magna relicta fuit laudabiliter rexit. Tertiã cũ imperatorẽ ſapiẽter inſtruxit. Logica diuidit̃ ĩ tres partes ſ. in demõſtratiuã: ꝓbabilẽ: ⁊ ſophiſticã. Prĩa ꝑtinet ad philoſophos. Secunda ad rhetores ⁊ dialeticos. Tertia ad ſophiſtas. Hãc em̃ triplicẽ ſcientiã habuiſſe videt̃ cũ de ea ſcribitur. Per varias concluſiones ſillogiſmoꝝ allegorice ⁊ methonomice diſcrete ⁊ myſtice multa cũ ceſare diſputauit. Scd̃o fuit admirabilis in eloquẽtia. Habuit em̃ eloquẽtiã facũdiſſimam in ꝑdicãdo: ſicut ꝑtꝫ in ſuis predicationibus. Diſertiſſimã in rationẽ reddendo: ſicut ꝑtꝫ cũ dicebat imperatori. Miraris hoc templũ manu artificũ. Suauiſſimam in attrahẽdo: ſicut ꝑtꝫ in porphirio ⁊ in regina quos eloquij ſui ſuauitate ad fidẽ attraxit. Efficaciſſimã ĩ cõuincendo ſicut ꝑtꝫ in rhetoribꝰ quos tã potenter conuicit. ¶ Tertio in cõſtantia. Fuit em̃ conſtãtiſſima in minis illatis: quia ipſas cõtempſit. Uñ imperatori ſibi minãti reſpõdit. Quecũq tormẽta potes cogitare ne differas: quia carnẽ ⁊ ſanguinẽ meũ chriſto offerre deſidero. Item. fac quecũq animo concepiſti paratam enim me videbis ad oĩa ſuſtinenda. Secundo in donis oblatis quia ea reſpuit Unde cum imperator ſibi promitteret ꝙ eam in palatio ſecũdã haberet reſpõdit. Deſine talia dicere q̃ ſcelus eſt etiam cogitare ⁊c. Tertio in ſupplicijs irrogatis: quia ea ſuperauit: ſicut patet cum fuit poſita in carcere ⁊ ſuper rotam. Quarto in mundicia caſtitatis. Seruauit enim caſtitateꝫ inter ea inter que caſtitas periclitari ſolet. Quinq enim ſunt in quibus caſtitas periclitatur ſcꝫ affluentia reſoluens: opportunitas inducẽs: iuuentus laſciuiens: libertas effrenans: pulchritudo alliciens. Inter hec beata katharina caſtitatẽ ſeruauit. Habuit enim maximã affluẽtiam rerum: vtpote que tam ditiſſimis parentibus

ſucceſſit. Habuit opoꝛtunitatẽ vtpote que ſicut domina tota die inter ſuos famulos verſabatur. Habuit iterum etatem iuuenilem. Itez ſui libertatẽ q: ſola ⁊ libera in palatio remanſit. De his quatuoꝛ dicitur ſupꝛa. Katharina cũ eſſet annoꝝ .xviij. in palatio diuitijs ⁊ pueris pleno ſola remanſit. Habuit ẽt pulcritudinem. Ũn dicit̃ q: erat ſpecioſa valde et incredibili pulcritudine. oĩm oculis admirabilis videbatur. Quinto in pꝛiuilegio dignitatis. Quedaz eñ pꝛiuilegia ſpecialia fuerunt in aliquibus ſctĩs dum deſcenderent: vt xp̃i viſitatio que fuit in beato ioanne euãgeliſta: olei emanatio que fuit in beato Nicolao: lactis effuſio q̃ fuit in beato paulo: ſepulcri ꝑpatio que fuit in beato clemente: petitionum exauditio que fuit in beata margareta quando oꝛauit pro agentibus ſui memoꝛiã. Hec aũt omnia fuerunt in beata Katharina ſicut patet in legenda. Dubitationem autem habet apud aliquos vtrum a maxentio martyꝛizata ſit. Tunc eñ tres imperiũ tenebant: ſcʒ conſtantinus qui ex paterna ſucceſſione imperium ſumpſit et maxẽtius maximiani filius a pꝛetoꝛianis militibus rome auguſtus appellatus ⁊ maximinus in oꝛientis partibus ceſar effectus. Secundum autẽ chꝛonicas maxẽtius rome maximinus ꝟo in oꝛiente contra chꝛiſtianos tyrãnidem exercebat. Videtur ergo vt aliquibus placet ꝙ vitio ſcriptoꝛis ſit factũ vt pro maximino maxentius poneretur.

## ¶ De ſancto ſaturnino. clxix. A



Saturninꝰ ab apłoꝝ diſcipłis epiſcopus oꝛdinatus in vꝛbẽ tholoſanã directꝰ eſt. Cũ aũt ipſo ingrediẽte demones a rñſis ceſſarent vnus gentiliũ dixit ꝙ niſi ſaturninũ occiderent a dijs ſuis nil penitꝰ obtinerẽt. Appꝛehendẽtes igit̃ ſaturninũ nolentem ſacrificare ad pedes tauri ligauerunt: eumq; ſtimulis agitãtes a ſumma arce ꝑ gradꝰ capitolij p̃cipitauerunt. Sicq; capite cõfracto ⁊ cerebꝛo excuſſo martyrium feliciter cõſummauit. Cuius coꝛpus due femine rapientes in pꝛofundo loco ꝓpter metũ gentiliũ condiderunt. Quod poſtea ſucceſſoꝛes eius ad locũ reuerentioꝛẽ tranſtulerunt. Fuit ⁊ alius ſaturninus quem rome pꝛefectus diu in carcere maceratum in eculeum leuari ⁊ neruis fuſtibus ⁊ ſcoꝛpionibus cedi fecit. Deinde lateribus aduſtis depoſitum de eculeo decollari p̃cepit: ⁊ circa annos dñi. cclxxxvij. ſub maximiano. Fuit ⁊ alius ſaturninus apud aphꝛicã frater ſancti ſatyꝛi. Qui cũ p̃dicto fratre ſuo et reuocato ⁊ felicitate ſoꝛoꝛe dicti reuocati: necnon et cum perpetua genere nobili martyꝛiũ paſſus eſt. Quoꝝ paſſio alio tp̃e potiſſimum recollitur. Cum ergo ꝑ cõſul eis dixiſſet vt idolis immolarent: ⁊ illi nullatenus aſſentirent: in carcerem miſſi ſunt. Quod vidẽs pater perpetue ad carcerẽ flens cucurrit dicens. Filia quid feciſti. dehoneſtaſti genus tuum. Nunq̃ aliquis de genere tuo in carcerem miſſus fuit. Cuz autem audiſſet ꝙ xp̃iana eſſet: in eam impetu cuz digitis ad oculos irruit ⁊ ei oculos eruere voluit: ⁊ exclamans egreſſus eſt. Vidit autem beata perpetua huiuſmodi viſionem quam in craſtino ſocijs enarrauit dicens. Vidi ſchalam aureã mirabili altitudine vſq; ad celum erectam que adeo anguſta erat vt non niſi vnus ⁊ paruus aſcendere poterat. In dextera ꝟo et leua erant fixi cultri ⁊ gladij ferrei limati et exacuti: ita vt aſcendens circa vel infra ſe nullatenꝰ reſpicere poterat: ſed ſemper ad celũ cum erectum ſtare opoꝛtebat. Sub ea dꝛaco teterrimus ⁊ ingẽtis foꝛme iacebat: et pꝛe timoꝛe quilibet aſcendere foꝛmidabat. Vidi etiam ſatyꝛũ per eam aſcendentem vſq; ſurſuz ⁊ reſpicientem ad nos et dicentem. Ne timeatis hũc dꝛaconem: ſed ſecuri aſcendite vt mecuz eſſe poſſitis. Hec audientes omnes gratias egerũt: quia ſe vocatos ad martyꝛium cognouerũt. B Preſentati igitur iudici cum ſacrificare nollent: fecit ſaturninũ cuz alijs viris a mulieribus ſeparari: et dixit felicitati. Habes virum. Et illa. Habeo: ſed contemno. Cui ille Miſerere tui puella vt viuas maxime cum infantez in vtero habeas. Ad quem ait. Fac de me quicquid vis: quia ad voluntatem tuam nunq̃ me trahere valebis. Parentes autem beate perpetue cum viro accurrẽtes infantem paruulũ beate ꝑpetue qui adhuc lactabatur adduxerunt. Et vidẽs eam pater ſtantez ante pꝛefectuz cadens in faciem dixit. Filia mea dulciſſima miſerere mei ⁊ huiꝰ meſtiſſime matris tue et huius miſerrimi viri tui qui poſt te viuere non volebit. Perpetua ꝟo immobilis ſtabat. Tunc pater filiã ad collũ eius iactauit: ⁊ ipſe ⁊ mater ⁊ maritus eius manus tenentes ⁊ flentes oſculabãtur eam dicẽtes. Miſerere noſtri filia ⁊ viue nobiſcuz. At illa ꝓijciẽs paruulũ et illos repellens ait. Diſcedite a me inimici dei mei: quia nõ noui vos. Videns ꝟo p̃fectus coꝝ cõſtantiam diutiſſime verberatos in carcere poſuit. Sancti ꝟo duz plurimũ meſti eſſent de felicitate qui octo iam menſibus p̃gnans erat: pro ea oꝛauerunt doloꝛes partus ſubito in eam irruerunt peperitq; filiũ viuũ. Quidã ꝟo de cuſtodibus dixit ad eã. Quid facies cum ante p̃fectum veneris ſi nunc tam grauiter cruciaris? Rñdit felicitas. Hic ego pro me patioꝛ ibi ꝑ me deus patietur. Extracti igitur d̃ carcere ligatis poſt tergum manibꝰ ⁊ nudatis natibus per plateas dicũtur. Et dimiſſis beſtijs ſatyꝛus ⁊ ꝑpetua a leonibꝰ deuoꝛãtur: reuocatꝰ ⁊ felicitas a leopardis comedũtur. Beatus ꝟo ſaturninꝰ gladio capite trũcatur: circa annos dñi. cclvj. ſub valeriano et galeno imperatoꝛibus.

## ¶ De ſctõ iacobo interciſo. clxx. A



Iacobus martyꝛ cognomẽto interciſus nobilis gñe ſʒ fide nobilioꝛ ex regione perſarũ ⁊ ciuitate elape oꝛiũdus fuit hic ex xp̃ianiſſimis parentibꝰ oꝛtꝰ eſt ⁊ vxoꝛẽ xp̃ianiſſimã habuit erat q; notiſſimꝰ regi perſarũ ⁊ ĩter optimates pꝛimus. Accidit autez vt a pꝛincipe nimio amoꝛe ſeduceretur ⁊ ad colendũ idola flecteretur. Hec aũt mater et vxoꝛ audientes pꝛotinus ſibi ſcripſerunt dicentes. Obediendo moꝛtali deſeruiſti eum qui vita eſt: placendo future cito putredini deſeruiſti ſempiternum odoꝛem veritatez in mendacium cõmutaſti: et moꝛtali obtẽperans viuoꝝ ac moꝛtuoꝛum iudicẽ reliquiſti. Noueris igitur



nos amodo a te futuras extraneas nec tecũ decetero aliquatenus moꝛaturas. Cũ aũt has lr̃as iacobꝰ legiſſet amare flens ait. Si mater mea q̃ me genuit ⁊ vxoꝛ mea a me extranee facte ſunt q̃to magis a me extraneus factꝰ eſt deus meꝰ. Cũ g̃ pro erroꝛe ſuo ſe plurimũ afflixiſſet: nuncius venit ad pꝛincipẽ qui diceret iacobũ xp̃ianũ eſſe. Quẽ pꝛinceps aduocãs ait. Dic mihi ſi nazarenus es. Cui iacobus. Etiã nazarenus ſum. Et ille. Ergo magus es. Cui iacobus. Abſit a me magũ eſſe. Cũ g̃ ei multa ſupplicia minaretur dixit iacobus. Nõ me cõturbãt mine tue q: tanq̃ ventꝰ flans ſuꝑ petrã furoꝛ tuus aures meas cito ꝑtrãſit. Cui pꝛinceps. Noli ĩpꝛudẽter agere ne graui moꝛte pereas. Cui iacobꝰ. Hoc nõ moꝛs ſʒ ſomnus potius eſt dicendũ. cũ poſt modicũ reſurrectio tribuat̃. Cui pꝛinceps. Nõ te ſeducãt nazareni dicẽtes moꝛtẽ eſſe ſomnũ: q: magni imperatoꝛes timẽt eã. Cui iacobꝰ. Nos moꝛtẽ nõ timemus: q: de moꝛte ad vitã tranſire ſperamus. Tũc p̃nceps de cõſilio amicoꝝ hãc ſuꝑ iacobũ tulit ſniam vt ad terroꝛẽ alioꝝ mẽbꝛatim iacobꝰ puniat̃. Cũ aũt q̇dã ex cõpaſſiõe ſuꝑ cũ flerẽt ille ait. Nolite ſuꝑ me flerere ſʒ ſuꝑ voſipſos plãgite: q: ego ad vitã ꝑgo ⁊ vobis ſupplitia eterna debent̃. Tũc carnifices pollicez manus eius dextre abſciderũt. Et clamãs iacobus ait. Liberatoꝛ nazarene ſuſcipe ramũ arboꝛis miſericoꝛdie tue. Nã a cultoꝛe vinee ſarmẽtũ abſcidit̃ vitis vt potius germinet ⁊ vberius coꝛonet̃. Cui carnifex. Si aſſentire vis adhuc tibi parco ac medicamentum adhibeo. Cui iacobus. Nõne ꝓſpexiſti ſtipitẽ vitis: q: cũ amputant̃ ſarmẽta ille nodus qui remanet in ſuo tp̃e cũ terra caleſcere incipit ꝑ ſingula abſciſionis loca ꝓducit germina. Si ergo vitis putatur viciſſitudine tp̃is vt germinet: quanto magis fidelis hõ qui in vera vite xp̃o cõpactus eſt. Tunc accedẽs carnifex ſcõm abſcidit digituz. Btũs aũt iacobus dixit. Suſcipe duos ramos quos plantauit dextera tua dñe. Abſcidit ⁊ tertium. Et dixit iacobus. De triplici tẽtatione liberatus bñdicã p̃ri ⁊ filio ⁊ ſpũiſctõ ⁊ cũ tribꝰ ereptis de camino pueris confiteboꝛ tibi dñe: ⁊ in choꝛo martyꝛum pſallam nomini tuo xp̃e. Abſciſus eſt ⁊ quartus ⁊ iacobus dixit. Pꝛotectoꝛ filioꝛuz iſrael qui in quarta bñdictione ꝓnunciatus es: ſuſcipe a ſeruo tuo cõfeſſionẽ quarti digiti tanq̃ in iuda bñdicti. Abſciſo q̇nto digito dixit. Cõpletũ eſt gaudiũ meũ. Tũc carnifices dixerunt ei. Parce iã nunc aĩe tue ne pereas nec cõtriſteris ſi vnã manũ amiſeris: q̃m multi ſunt vnã manũ tm̃ hñtes ⁊ multis diuitijs ⁊ honoꝛibꝰ abundantes. Btũs iacobus dixit. Qñ paſtoꝛes incipiunt pecoꝛa tondere nunq̇d dextrũ tm̃ vellus auferunt ⁊ ſiniſtrũ dimittũt. Si ergo pecus quod aĩal bꝛutum eſt totũ vult vellus amittere quanto magis ⁊ ego hõ rõnalis nõ dedignaboꝛ pro deo occidi. Accedentes igitur impij ad ſiniſtrã manũ digitũ minimũ inciderunt. Et iacobus dixit. Tu dñe cũ magnus eſſes minimus ⁊ paruus ꝑ nobis fieri voluiſti. ⁊ idcirco reddo tibi coꝛpꝰ ⁊ aĩam quam creaſti ⁊ ꝓpꝛio ſanguine tuo redemiſti. Abſcidit̃ ſeptimꝰ digitꝰ ⁊ ait. Septies in die laudẽ dixi dño. Abſcidit̃ octauꝰ ⁊ dixit. Octauo die circũciſus eſt ieſus: ⁊ hebꝛeus circũcidit̃ octauo die vt trãſeat ad legales cerimonias: ⁊ mẽs ſerui tui dñe trãſeat ab his incircũciſis ⁊ coinq̇natum habẽtibꝰ ꝑpuciũ vt veniã ⁊ cõſpiciã faciẽ tuam dñe. Inciditur etiã nonꝰ digitus ⁊ ait. Hoꝛa nona tradidit xp̃s in cruce ſpm̃. Ũn ⁊ ego dñe in doloꝛe noni digiti tibi cõfiteoꝛ ⁊ gr̃as ago. Inciditur decimus ⁊ ait. Decimus numerus eſt ĩ p̃ceptis: ⁊ iota p̃ma littera eſt nois ieſu xp̃i. Tũc quidã de aſtantibus dixerunt. O dilectiſſime quõdã noſter ꝓfitere tm̃ coꝛã conſule vt viuere valeas. Lʒ eñ abſciſe ſint manꝰ tue ſunt tñ peritiſſimi medici qui tuis doloꝛibus valeãt ſubuenire. Quibus iacobus dixit abſit a me hmõi nefanda ſimulatio. Nemo eñ mittẽs manũ ſuã ad aratrũ ⁊ reſpiciens retro aptus eſt regno dei. Tũc indignati carnifices acceſſerũt ⁊ pollicem pedis dextri abſciderũt. Et iacobus dixit. Pes xp̃i ꝑfoꝛatus eſt ⁊ ſanguis exiuit. Abſcidit̃ ſcõs pedis digitus: ⁊ ait magna mihi dies hec eſt pro oĩbus diebus hodie q̇ppe ad deũ foꝛtẽ cõuerſus ibo. Abſciderũt ⁊ tertiũ ⁊ ante ipſuz ꝓiecerũt. Et ſubꝛidẽs iacobus dixit. Vade tertie digite ad ſocios tuos ⁊ queadmodũ granũ tritici multũ fructũ affert: ita ⁊ tu in nouiſſimis diebus cũ ſocijs tuis requieſces. Abſcidit̃ quartus: ⁊ ait. Quare triſtis es aĩa mea ⁊ quare conturbas me. Spera in deo q̃m adhuc confiteboꝛ illi ſalutare vultus mei ⁊ deus meus. Abſciditur quintus ⁊ ait. Nunc incipiam dicere ad dñm q̃m dignuz me fecit ſocium ſeruis ſuis tunc accedẽtes ad pedem ſiniſtrum digituz paruũ abſciderũt. Et dixit iacobꝰ. Digite parue cõfoꝛtare q: magnus ⁊ paruus vnã habẽt reſurrectionẽ. Capillꝰ capitis nõ ꝑibit: quãto minꝰ a ſocijs tuis minime ſeparaberis. Abſcidit̃ ſcõs. Et iacobꝰ ait. Deſtruite veterẽ domũ q: ſplẽdidioꝛ parat̃. Abſcidit̃ tertius ⁊ ait iacobus. Tõſionibꝰ firmat̃ incus. Abſcidit̃ ⁊ quartus ⁊ ait. Cõfoꝛta me deꝰ veritatis: q̃m in te cõfidit aĩa mea ⁊ ĩ vmbꝛa alaꝝ tuaꝝ ſperabo donec trãſeat iniq̇tas. Abſcidit̃ et q̇ntus et ait iacobꝰ. Ecce me tibi dñe immolo vicies. Tũc accedentes pedem dextrũ abſciderũt. Et dixit iacobus. Nũc offeraz munus celeſti regi pro cuius amoꝛe h̃ patioꝛ. Abſciderũt ⁊ pedem ſiniſtrũ. Et beatus iacobus dixit. Tu es qui facis mirabilia exaudi me domine et ſalua me. Abſciderunt dextram manum et ait. Miſericoꝛdie tue domine adiuuent me. Ad ſiniſtram ait. Tu es deus qui facis mirabilia. Abſciderunt dextrum bꝛachium: et ait. Lauda anima mea dominum: laudabo dominum in vita mea pſallam deo meo q̃diu fuero. Abſciderunt et bꝛachium ſiniſtrũ: et ait. Circũdederũt me doloꝛes moꝛtis et in noĩe dñi vindicaboꝛ in eis. Tunc accedẽtes abſciderunt ſurã dextri cruris ſcindentes vſq; ad femur. Tunc beatus iacobus ineffabili doloꝛe grauatꝰ exclamãs ait. Domine ieſu chꝛiſte adiuua me quia circũdederũt me gemitus moꝛtis. Et ait carnificibus. Carne noua me dñs induet quam veſtra vulnera maculare nequibunt. Iam carnifices defecerant: eo ꝙ a pꝛima hoꝛa diei vſq; ad nonam in eius inciſione ſudaſſent. Tunc iterum accedentes ſiniſtri cruris ſuram abſcidendo vſq; ad femur etraxerunt. Tunc exclamans beatus iacobus dixit. Dominatoꝛ dñe exaudi me ſemiuiuũ viuoꝝ

⁊ mortuoꝝ dn̄s. Digitos dn̄e nō habeo vt ipos ad
te porrigā nec manus vt eas ad te extēdam. Pedes
mei trūcati ſūt: ⁊ genua mea demolita vt tibi genua
flectere iam nō valeā: ⁊ ſuꝫ velut caſura domus ab-
latis qbus ſuſtentaꝛ colūnis. Exaudi me dn̄e ieſu
xp̄e ⁊ educ de carcere aīaꝫ meā. Hec cū dixiſſet vnꝰ de
carnificibꝰ acceſſit ⁊ caput eiꝰ āputauit. Chriſtiani igr
occl'te acceſſerūt ⁊ corpꝰ eiꝰ rapiētes honorifice ſepe
lierūt. Paſſus eſt aūt. v. kal'. decembris.

De ſancto paſtore. clxxj. A



Paſtor in eremo mltis annis in abſtinētia magna ſe affligēs mul
ta ſanctitate ⁊ religiōe pollebat. Cum
aūt mater eiꝰ ipꝫ ⁊ fr̄es eiꝰ deſideraret
videre: ſed nō poſſet obſeruauit diem
illis ad eccleſiā euntibꝰ ꝓtinus ſe eiſdē
obtulit. At illi fugiētes ⁊ cellam intrā
tes in faciem eius clauſerunt oſtium. Illa autem an-
te oſtium ſtans cum nimio fletu clamabat. Paſtor
aūt ad oſtiū veniens dixit ei. Quid ſic clamas o vetu
la. Que audiēs vocē eius amplius clamabat flens ⁊
dicens. Volo vos videre filij mei. Quid eīm ſi videā
vos. Nūquid nō ego ſum mr̄ vr̄a que lactaui vos et
iam canis tota ſum plena: cui filius. Hic nos vis vi-
dere aut in alio ſeculo. Que rn̄dit. Si nō videro vos
hic videbo vos illic filii. Qui ait. Si equanimiꝛ ferre
vales vt nos hic nō videas: illic ꝓculdubio videbis.
Que diceſſit gaudēs ⁊ dicēs. Si vos viſura ſum illic
nolo vos videre hic. Iudex prouincie cum abba-
tem paſtorem videre cuperet: ſed nequiret: filium ſo
roris ſue tanꝗ̄ malefactorem tenuit: ⁊ in carcereꝫ po
ſuit dicēs. Si paſtor venerit ⁊ pro eo interceſſerit eū
dimittā. Mater igiꝛ pueri ad oſtiū ſenis plorans dū
ille nil ſibi reſpōderet ait. Et ſi viſcera ferrea habes
⁊ nulla cōpaſſione moueris: ſaltē miſeratio ſanguis
tui flectat te: ⁊ ꝙ vnigenitus mihi exiſtit. Ille autem
mandauit ei. Paſtor filios non generauit ⁊ idcirco
nō dolet ꝗ̄ cū dolore diſcedente dixit ei iudex ſaltem
verbo iubeat ⁊ ego eū dimittā. Ille aūt ei remanda
uit dicens. Examina cāꝫ ſm̄ legē: ⁊ ſi dignus morte
habetur ꝓtinus moriaꝛ: ſin autē fac quō tibi placet.
Docebat aūt fr̄es dicens cuſtodire ⁊ ſeipſum cōſide
rare ⁊ diſcretionē hr̄e opationes ſunt aīe. Pauper
tas tribulatio ⁊ diſcretio ſunt opationes ſolitarie vi
te. Scriptū eſt eīm. Si fuerint hi tres viri: noe iob et
daniel ⁊c. Noe pſonā hꝫ nihil poſſidentiū. Iob tri-
bulatorū. Daniel diſcretoꝝ. Si duas res oderit mo
nachus pōt ab hoc mūdo liber eſſe. Et querenti fra
tri que eſſent dixit. Carnalis repulſatio: ⁊ vana glia
Si vis requieꝫ inuenire in hoc ſeculo ⁊ futuro in oī
cā dic. Quis ego ſum ⁊ nō iudices queꝗ̄. Cū qui
dam frater de cōgregatione offendiſſet: abbas de cō
ſilio cuiuſdā ſolitarij eū expulit. Qui cum quaſi flen
do deſperaret abbas paſtor eum ad ſe adduci fecit:
quē benigne cōſolans miſit ad illū ſolitariū dicens.
Audiēs de te videre te deſidero. Fatiga igitur te vſq3
ad me. Qui cū veniſſet dixit paſtor. Duo hoīes erāt
qui ambo habebāt mortuos ſuos reliquit aūt vnus
mortuū ſuū ⁊ abijt plorare mortuū alteriꝰ qō ſolita
rius audiēs ⁊ itelligēs ī ſermone eiꝰ cōpunctus eſt.

Cū qdā frater paſtori dixiſſet ſe ꝑturbatū eſſe ⁊
locū velle deſerere: eo ꝙ quedā ꝟba de quodā fratre
audiuiſſet ꝗ̄ eū nō edificauerant: dixit paſtor ne hec
verba crederet: q: vera nō eſſent. Ille ꝟo ſ vera eſſe aſ
ſerebat: q: frater fidel' ea ſibi retulit. Cui paſtor. Nō
eſt fidelis qui tibi dixit: q: ſi fidelis eſſet nequaꝗ̄ ti-
bi talia diceret. ⁊ ille. Ego vidi oculis meis. Ille aūt
interrogatus de feſtuca ⁊ trabe qd eſſent. Reſpon-
dit de feſtuca ꝙ feſtuca eſſet ⁊ de trabe quia trabs eſ
ſet. Et paſtor. Pone in corde tuo: q: peccata tua ſūt
ſicut ⁊ trabs: illius autē velut hec parua feſtuca. B
Frater quidā qui peccatū grāde fecerat volens peni
tere triennio interrogauit abbatē paſtorē ſi multuꝫ
eſſet. Qui dixit. Multū eſt. Et queſitꝰ ſi ānū iuberet
ait. Multum eſt. Aſtantes aūt dicebant. Vſq3 ad. xl.
dies. Et ille. Multū eſt. Et adiecit. Puto ꝙ ſi ex to
to corde homo penituerit ⁊ peccatuꝫ non iterauerit
etiam penitentiā triduanā ſuſcipiet dn̄s. Interroga
tus de illo ꝟbo qui iraſcitur fratri ſuo ſine cauſa ⁊c.
ait. Ex oī re ꝗ̄ te grauare voluerit frater tuꝰ: ne ira-
ſcaris ꝯ eū donec oculū dextrū tibi extrahat ⁊ ſi aliꝛ
feceris ſine cā ſibi iraſceris. Si aūt aliqs te voluerit
ſeparare a deo ꝓ hꝰ iraſcere ei. Dixit iteꝝ paſtor: Qui
queruloſus ē monachus nō eſt: q malitiā ī corde ſuo
tenuerit monachꝰ nō eſt. Qui iracūdus ē monachus
nō eſt. Qui malū ꝓ malo reddit monachꝰ nō eſt. Qui
elatus ⁊ ꝟboſus eſt monachus nō eſt. Qui vere eſt
monachꝰ ſemꝑ eſt humilis: māſuetus charitate ple-
nus ⁊ timorē dei ſemꝑ ⁊ vbiq3 pre oculis hꝫ vt nō pec
cet. Dixit iterū ꝙ ſi ſunt tres in vnum ex quibꝰ vnꝰ
bene quieſcat: alius aūt infirmeꝛ ⁊ gr̄as agat. tertiꝰ
ꝟo miniſter eius ſit ex ſincera voluntate. Hi tres ſi-
miles ſunt velut ſint vnius operis. Cuꝫ quidā frater
ſibi cōquereretur ꝙ multas cogitationes habēs in
ipſis periclitaretur eum ſub aere nudo eiecit dicēs.
Expende ſinum ⁊ apprehende ventuꝫ. qui ait. Non
poſſum ⁊ ille. Nec cogitationes prohibere potes ne
introeant: ſed tuuꝫ eſt reſiſtere eis. Interrogatus a
quodam fratre quid de hereditate ſibi dimiſſa face-
ret dixit vt poſt tres dies ad ſe rediret. Qui cum re-
diſſet ait illi. Si dixero da eam clericis facient inde
conuiuia. Si dixero de eam parentibus non eſt tibi
merces. Si dicā da eā paupibꝰ ſecurus eris. Quicqd
ergo vis fac. ego cām nō habeo. Hec in vitaſpatrum.

De ſctō ioanne abbate. clxxij. A



Ioannes abbas cū epiſius ꝑ an-
nos. xl. eremū habitaſſet: īterro-
gauit euꝫ quātū ex hoc ꝑfeciſſet. Et il
le dixit. Ex quo cepi ſolitariꝰ eſſe nūꝗ̄
vidit me ſol māducantē. ⁊ ioānes. Nec
me iraſcentē. Simile fere legitur ibidē
ꝙ cuꝫ epyphanius ep̄s abbati hilario
ni daret carnes ille ait. Ignoſce mihi: quia ex quo ac
cepi habitum hunc nō māducaui quicquid occiſum.
Cui epiſcopus. Ex quo accepi habituꝫ hunc non di
miſi aliquem dormire qui aduerſum me aliquid ha-
beret neq3 dormiui hn̄s aliqd aduerſus aliquē. Cui
ille. Ignoſce mihi: q: melior es ꝗ̄ ego volo ioannes
ad ſimilitudinem angelorū nihil opari: ſed deo ſine
intermiſſiōe vacare: ſeipſum expoliauit ⁊ vnā hebdo



madam in eremo fuit. Cū aūt fame periclitaretur ⁊
aculeis muſcarū ⁊ veſparū totꝰ vulneraretur reuer
ſus ad oſtium fratris ſui pulſauit. Ad quem ille. qs
es tu. ⁊ ille. Ego ſum ioannes. Frater autē dixit ei.
Nequaꝗ̄. Ioannes eīm angelus factꝰ eſt: ⁊ inter ho
mines vltra nō eſt. Et ille. Vere ego ſum. Et nō ape
riens ei dimiſit eum affligi vſq3 mane. Poſtea ape-
riens dixit. Si hō es opus habes iterum operari vt
paſcaris ⁊ viuas. Si aūt angelus es quid queris in
trare cellam. Et ille dixit. Ignoſce mihi frater quia
peccaui. Cum autem moreꝛ rogauerūt eū fratres
vt aliquod verbum ſalutare et compendioſum loco
hereditatis ſibi relinqueret. Qui ingemiſcens ait.
Nūꝗ̄ feci propriam voluntatē nec aliquid docui qō
prius ipſe non fecerim. Hec in vitaſpatrum.

De ſancto moyſe abbate. clxxiij. A



Moyſes abbas dixit fratri petēti
a ſe ſermonē. Sede in cella tua ⁊
docebit te vniuerſa. Cū qdā ſenex īfir
matꝰ in egyptū ire vellet ne fratres ni
mis grauaret dixit ei abbas moyſes.
Nō vadas qm̄ in fornicationē caſurꝰ
es. Qui cōtriſtatus dixit. Mortuum
eſt corpus meū ⁊ tu mihi iſta dicis. Cū ergo iuiſſet ⁊
quedā virgo ex deuotiōe ſibi ſeruiret ille cōualeſcēs
eā violauit. Que cū filiū peperiſſet ſenex puerū inv l
nis accipiēs in die magne feſtiuitatis ꝗ̄ erat in ſixti
eccl'ia corā multitudine fratrū intrauit. Cū aūt oēs
flerēt dixit. Videtis infantē hūc. Filius eſt inobediē
tie. Cauete ergo vobis fratres: q: ī ſenectute hoc fe
ci: ⁊ orate ꝑ me. Et pergēs ad cellā ad p̄ſtinū ſtatum
reuerſus eſt. Aliꝰ quoq3 ſenex cū dixiſſet alteri mor-
tuus ſum. Ille ait. Nō cōfidas in te donec exeas de
corpore. Nā ſi dicis ꝙ mortuus es: ſathanas tn̄ mor
tuus nō eſt. Cū frater qdā peccaſſet miſerūt ad ab
bateꝫ moyſen: qui accepta ſporta plena arena venit
ad eos. Quē cū fratres quidnā hoc eſſet interroga-
rent dixit. Peccata mea ſunt poſt me currētia ⁊ nō
video ea: ⁊ veni hodie aliena iudicare pctā. Illi autē
hoc audientes fratri pepercerūt. Simile legitur de
abbate paſtore. Nam cū fratres de quodā fratre cul
pabili loquerētur ille tacebat. Cum ergo accepiſſet
ſacculū plenū arena retro: ⁊ de eadē arena modicuꝫ
ante ſe ferret: interrogatꝰ quid hoc eſſet dixit. Mul
ta arena ſunt pctā mea ꝗ̄ poſt me ferens ipa nō cōſi
dero: nec ꝓ eis doleo. Modica ꝟo arena ſunt pecca-
ta fratris ante me poſita que ſemper ꝯſidero ⁊ ipſa
video: cū tn̄ pctā mea ante me ſemper portare debe-
rem ⁊ de ipſis cogitare ⁊ pro ipſis deū rogare. Cuꝫ
abbas moyſes factus fuiſſet clericus ⁊ impoſuiſſent
ei ſuperhumerale dixit ei ep̄s. Abbas factus eſt can
didatus. Et ille. A foris dn̄e purpura: vtinaꝫ intus.
Volēs aūt ep̄s eū ꝓbare dixit clericis ſuis vt qn̄ ad
altare accederet ipm cū iniuria expellerēt: deinde eū
ſequētes quid loqueretur audirent. Proijcientes aūt
euꝫ foras dixerūt. Exi foras ethiops. Qui egrediēs
dicebat. Bene tibi fecerunt cinerate ⁊ cacabate: quia
cum homo non ſis quare te in medio hominū dare
preſumpſiſti. Hec in vitaſpatrum.

De ſancto arſenio abbate. clxxiiij A



Arſenius cū adhuc in palatio cō
ſiſteret ⁊ vt ad ſaluteꝫ dirigereꝛ
oraret audiuit arſeni fuge hoīes ⁊ ſal-
uaberis. Accedēs igiꝛ ad monachaleꝫ
vitā ⁊ ibidē orās audiuit. Arſeni fuge:
tace: ⁊ qeſce. Legiꝛ eīm ibidē de hac qe
te appetēda ꝙ tres fratres cū facti fuiſ
ſent monachi vnus elegit diſcordātes ad pacē redu-
cere: ſcōs infirmos viſitare: tertiꝰ in ſolitudine quie
ſcere. Primus igiꝛ laborās ꝓpter lites hoīm nō po
tuit oībus placere ⁊ tedio victus venit ad ſcōꝫ. Quē
inuenit aīo deficientē ⁊ mādatū ꝑficere nō valenteꝫ.
Et cōcordātes ad tertiū qui erat in ſolitudine vene
rūt. Cui cū tribulationes ſuas narraſſent ille miſſa
aqua in ſcypho dixit. Attēdite in aquaꝫ. Et erat cō-
mota ⁊ turbulēta. Et rurſus dixit. Attendite modo
qm̄o quieta ⁊ limpida facta eſt. Qui cū intenderent
et vultus ſuos viderēt ait. Sic q in medio hoīm cōſi
ſtunt pre turba nō vidēt pctā ſua. Cū aūt quieuerit
tūc pctā ſua videre valebūt. Quidā etiā cū iueniſſet
quedā in eremo velut beſtiā herbas manducantem
et nudū currebat poſt ipm fugientē dicēs. Expecta
me q: ꝓpter deū ſequor te. ⁊ ille. Et ego ꝓpter deuꝫ
fugio te. Cū aūt veſtē ꝓieciſſet expectauit eū dicens
Qm̄ materiā mūdi ꝓieciſti ꝯ te expectaui te. Cui ille
Dic mihi qm̄o ſaluus efficiar. Qui reſpondit. Fuge
hoīes ⁊ tace. Matrona quedā ⁊ nobilis ⁊ ſenex ve-
nit ad abbatem arſeniū vt eū ex deuotione videret
Qui rogatꝰ a theophilo archiep̄o: vt ſe videri ꝑmit
teret: nullatenus acqeuit. Tandē illa ad eius cellam
properās: ipm foris aū oſtiū celle inuenit: ⁊ ſe ad eiꝰ
pedes ꝓſtrauit. Ille aūt cū indignatione nimia ele-
uauit eā dicēs. Si faciē meā videre vis vide. Illa au
tem faciē eiꝰ pre confuſione ⁊ verecundia non conſi-
derauit. Cui ſenex. Qm̄o cum mulier ſis tantā naui
gationē facere preſumpſiſti. Ecce eīm romā redibis
⁊ ꝙ abbatē arſeniū videris alijs mulieribus enarra
bis: ⁊ ille ſimiliter venient vt videant me. Et illa. Si
deo dāte romā rediero: nullā huc venire permittaꝫ.
Sed ſaltem obſecro vt ores ꝑ me et mei memor ſis
ſemꝑ. Cui ille. Oro deū vt deleat memoriā tuam de (orat vt memoriā mulieris de corde ſuo deſdeleat.)
corde meo. Et illa audiēs turbata nimiū venit in ci-
uitatem ⁊ pre triſtitia febricitare cepit. Quod archi-
epiſcopus audiens ad eā conſolandā acceſſit. Illa
autem dicebat. Ecce ego contriſtata morior. Cui ar
chiep̄s. Neſcis q: mulier es ⁊ inimicus ſanctos per
mulieres impugnat: ⁊ ꝓptera ſenex hoc dixit. Nam
ꝓ anima tua ſemper orat. Et ſic cōſolatione recepta
cum gaudio ad ꝓpria remeauit. De quodā alio pa-
tre legitur ꝙ cum diſcipulus eius ſibi diceret. Se-
nuiſti abbas: accedamꝰ parum iuxta mūdū: Ille ait.
Vbi nō eſt mulier ibi eamꝰ. Dixit ei diſcipulus. Et
vbi eſt locus nō habēs mulierē niſi forte ſolitudo. et
ille. Ergo in ſolitudinē me tolle. Alius etiam frater
cum matrē ſuam vetulā trās fluuium portare debe
ret: ille manus ſuas pallio inuoluit. Cui illa. Vt qd
ſic operuiſti manus tuas fili. ⁊ ille. Corpus mulieris
ignis eſt. Et ex eo ꝙ te contigebā aliarum feminarū
memoria in meo aīo veniebat. B Arſenius aūt
per totū tēpus vite ſue ad opꝰ ſedēs manuū ſuarū

pānū habebat in ſinu propter lacrimas q̄ crebro de oculis eiꝰ currebāt. Totā noctē inſomnem ducebat. Mane aūt facto cū ꝓpter nature laſſitudinem dormire vellet: dicebat ſomno. Ueni ſerue male. Et ſurripiebat parū ſomni ſedendo ⁊ ſtatim ſurgebat. Dicebat quoq̄. Sufficit monacho ſi dormiuerit vna hora: ſi tamen eſt pugnator. Cūq̄ pater ſancti arſenij nobiliſſimꝰ ſenator vitā finiēs ⁊ teſtamentū faciens magnā hereditatē arſenio dimiſiſſet: magiſtratus p̄dictū teſtm̄ ad ipm̄ detulit. Qđ ille accipiens voluit illud ſcindere. Magiſtratus autē eius pedibus prouolutus rogauit ne hoc faceret: quia caput eiꝰ preſcindretur. Cui arſenius. Prius mortuus ſum q̄ ille: Ipſe igitur cū modo mortuus ſit qūo me fecit heredē. Et remiſit teſtm̄ nihil accipere volēs. Quadaꝫ vice facta eſt vox ad eū dicēs. Ueni et oſtendam tibi opera hoīm. Et eduxit eū in quēdā locū oſtenditq̄ ethiopē incidentē ligna ⁊ facientē ſarcinā grandem quā portare nō poterat. Deinde iteruꝫ ligna incidebat et ad ſarcinam addebat: ⁊ hoc faciebat diutius. Oſtenditq̄ ei rurſum hoīem haurientē aquā de lacu ⁊ effundētē aquā in ciſternā pertuſam que aquā effundebat in lacū et ipſam ciſternaꝫ implere volentem. Et oſtendit ei iterū templū ⁊ duos viros ſedentes in equis portantes lignum trāſuerſum. Uolentes autem introire in templū nō poterāt eo q̄ lignū in trāſuerſo portarent. Et expoſuit dicens. Hi ſunt qui portāt q̄ſi iugū iuſtitie cū ſuꝑbia ⁊ nō humiliantur ꝓpter qđ remanēt foris a regno dei. Qui ligna incidit: homo eſt in pc̄tis multis: ⁊ ꝓ eo vt agat penitentiā nō ſubtrahit de pc̄tis: ſꝫ addit iniquitates iniquitatibꝰ. Qui aūt aquā haurit hō eſt bona oꝑa faciēs ſꝫ q: cū eis ſunt ꝑmixta mala ꝑdit bona opera ſua. Ueſpere aūt ſabbati veniēte die dn̄ico relinquebat poſt ſe ſolē ⁊ extendebat manus ſuas ad celū donec mane dei dn̄ico ſol aſcendēs faciē eiꝰ illuſtrabat. et ſic reſidebat. Hec in vitaſpatrū.

¶ De ſancto agathon abbate. clxxv.



AGathon abbas ꝑ triēniū lapidē in os ſuū mittebat donec taciturnitatē diſceret. Aliꝰ quoq̄ frater cū itraſſet ꝯgregationē dixit ītra ſe. tu ⁊ aſinꝰ vnū eſto. Sicut ergo aſinꝰ vapulat ⁊ nō loquit̄ iniuriā patit̄ et non rn̄det. ⁊ ſic ⁊ tu. Alius quoq̄ frater a menſa expulſus nihil reſpodit. Poſtmodū ſuꝑ hoc interrogatꝰ ait. Poſui in corde meo q̄ equalis ſim cani qui cū ſectatur foras egreditur. Interrogatus agathō q̄ virtus plus haberet laboris: rn̄dit. Puto nō eſſe talē laborē qualē orare deū. Nā inimici eius ſemper laborāt eius orationē interrūpere. Nā in ceteris laboribꝰ homo aliquā requieꝫ poſſidet: orator aūt opus habet magni certaminis. Interrogatus agathō a quodā fratre qūo cū fratribus habitare deberet ait. Sicut in prima die ⁊ non aſſumas fiduciā. Nō eſt em̄ peior paſſio q̄ fiducia: genitrix eſt em̄ oīm paſſionū. Dixit iterum. Iracūdus ſi mortuos ſuſcitet nō placet alicui vel deo ꝓpter iracundiā ſuā. Frater quidā iracundus intra ſe ait. Si ſolus habitarem ad iram non ita cito mouerer. Quadā autem vice cū vrceolum aqua impleret verſatus eſt. Secundo impleuit ⁊ iterum verſatus eſt. Tertio impleuit ⁊ verſatꝰ eſt. Qui cōmotus furore fregit vaſculū. In ſe autem reuerſus cognouit: q: ab codē demone iracundie ſit illuſus: ⁊ dixit. Ecce ſolus ſum ⁊ tn̄ ira me vicit. Reuertar ergo in congregationē quia vbiq̄ labor ⁊ vbi patiētia ⁊ adiutorio dei opus eſt. Econtra erāt duo fratres qui multis annis inuicē conuerſantur nunq̄ ad iracundiā poterāt ꝓuocari. Quadam vice dixit vnus alteri. Faciamus ⁊ nos litē ſicut homines de mūdo faciunt. ⁊ ille reſpondit. Neſcio qualiter fiat lis. Et dixit ei frater. Pono in medio laterculum ⁊ dico meū eſt. Tu autē dic nō ſed meuꝫ eſt: et inde fiet litis initiū. Poſita eſt ergo teſta in medio. dixit vnus meū eſt hoc. Et alter dixit non ſed meum eſt. ⁊ ille reſpōdit etiā tuū eſt. Tolle ergo ⁊ vade. Et diſceſſerunt, nec inter ſe cōtēdere potuerūt. Erat autem abbas agathon ſapiens ad intelligendū: impiger ad laborandum: parcus in cibo atq̄ veſtimento. Dixit aūt. Scđm voluntatē meā nunq̄ dormiui retinens in corde aduerſus quēq̄ dolorē. Nec dimiſi dormire aliū habentē aduerſus me aliquid. Moriturus quoq̄ agathon tribꝰ diebꝰ mā ſit immobilis apertos tenens oculos. Qui cū pulſaretur a fratribꝰ reſpōdit. In cōſpectu diuini iudicij aſſiſto. Dicunt ei. Et tu times. ⁊ ille. In cuſtodiēdis mādatis dei virtute qua potui laboraui: ſꝫ hō ſum ⁊ neſcio vtrū placuerīt oꝑa mea dn̄o. Dicūt ei. Et nō cōfidis de operibus tuis q̄ ſm̄ deū ſunt. ⁊ ille. Non preſumo donec venero ante illū. Aliter em̄ ſunt iudicia dei: et aliter iudicia hoīm. Cū aūt eū adhuc interrogare vellent: ait. Oſtēdite charitatē ⁊ nolite mecū loq: q: occupatus ſum. Quo dicto ſtatim ſpm̄ cum gaudio emiſit. Uidebāt em̄ eū colligentē ſpm̄ queādmodū ſi quis ſaluret amicos ſuos dilectos. Hec in vitaſpatrū.

¶ De ſancto barlaam. clxxvj.



BArlaam cuiꝰ hiſtoriā ioānes damaſcenꝰ diligēti ſtudio compilauit operāte in eo diuina gr̄a ſctm̄ ioſaphat regē ad fidē cōuertit. Etem̄ cum vniuerſa īdia xp̄ianis ⁊ monachis plena eēt: ſurrexit rex q̄dā ꝑpontēs noie aduenner qui xp̄ianos ⁊ precipue monachos plurimū perſequebatur. Accidit autem vt quidā regis amicus ⁊ in palatio ſuo primus diuina commonitus gratia regiam aulaꝫ relinqueret ⁊ monaſticum ordinem introiret. Quod rex audiens pre ira inſaniens eū per que deſerta inquiri fecit ⁊ vix inuentum ad ſe adduci mādauit. Uidēſq̄ eū vili tunica coopertū ⁊ fame maceratū: qui ſplēdidis veſtimētis ornabatur ⁊ multis diuitijs affluere cōſueuerat. dixit ei. O ſtulte ac mētis perdite cur honorē in contumeliam cōmutaſti ⁊ tu ludū puerorum feciſti. Cui ille. Si huius a me rationem audire deſideras: inimicos tuos procul a te abijcias. Rege autem qui eſſent hmōi inimici querente ait. Ira ⁊ concupiſcentia. Hec em̄ impediūt ne veritas videatur. Aſſideāt autem ad audientiā dicendorum pudētia ⁊ equitas. Cui rex. Fiat vt loqueris. Et ille. Incipientes ea q̄ ſunt deſpiciūt quaſi nō ſint: ea vo que nō ſunt quaſi



ſint apprehēdere moliunt̄. Qui aūt nō guſtauerit eoꝝ q̄ ſunt dulcedinē: nō poterit eoꝝ q̄ non ſunt addiſcere veritatē. Multa aūt illo de myſterio incarnatiōis ⁊ fidei ꝓſequēte rex ait. Niſi tibi in principio ꝓmiſiſſem q̄ de medio cōſilij irā remouerē nunc vtiq̄ igni tuas carnes traderē. Surge igr̄ ⁊ fuge ex oculis meis ne vltra te videā ⁊ male te ꝑdā. Uir aūt dei triſtis abſceſſit eo q̄ martyriū ꝑpeſſus nō eēt. Interea dū rex liberos nō haberet: puer ei pulcerrimꝰ naſcit̄ et ioſaphat appellat̄. Cōgregāte aūt rege infinitā multitudinē vt dijs ꝓ ortu pueri immolarēt quīquaginta quinq̄ aſtrologos cōuocauit a quibꝰ quid futurū eēt filio ſuo diligēter queſiuit. Cūctis aūt rn̄dētibꝰ eū magnū in potētia ⁊ diuitijs futurū vnus ſapientior ex ipis dixit. Puer iſte qui natꝰ eſt tibi o rex nō in tuo erit regno ſed in alio incōparabiliter meliori. Nā illius quā ꝑſequeris xp̄iane religiōis vt eſtimo futurꝰ eſt cultor. Hoc aūt nō a ſemetipſo ſꝫ a deo inſpirāte dixit. Audiēs h̄ rex ⁊ plurimū expaueſcēs in ciuitate ſeorſum palatiū ſpecioſiſſimū cōſtrui fecit et ibi puerū ad habitādū poſuit: ibiq̄ ſecū iuuenes pulcerrimos collocauit precipiēs illis vt nec mortē: nec ſenectutē: nec infirmitatē: nec paupertatē: nec aliqd qđ poſſet ſibi afferre triſtitiā ei nominarēt: ſꝫ oīa iucunda ei ꝓponerēt: quatenꝰ mens eius letitijs occupata nil de futuris cogitare poſſet. Si quē ſo miniſtrantiū infirmari cōtingeret: hūc ꝓtinus rex p̄cipiebat eijci ⁊ aliū loco eius incolumē ſubrogari. Precepitq̄ ne ſibi de xp̄o aliquaꝫ facerēt mentionem. B

Eodē tp̄e erat cū rege vir quidā chriſtianiſſimꝰ ſed occultꝰ qui inter nobiles regis pricipes primꝰ erat. Hic cū aliqn̄ cū rege ad venādū iuiſſet hoīem quendam pauperē pedē leſum a beſtia habentē ⁊ in terra iacētē inuenit a quo rogat̄ vt ſe ſuſcipere debeat: q: ſibi in aliquo forſitan ꝓdeſſe poſſet. Cui miles dixit Ego quidē te libēter ſuſcipio: ſed in quo vtilis inueniaris ignoro. Et ille dixit. Ego ſum hō medicꝰ verboꝝ. Si em̄ aliqs in verbis ledatur cōgruā ſcio adhibere medelā. Miles aūt qđ ille dicebat ꝓ nihilo cōputauit ꝓpter deū tn̄ ipſuꝫ ſuſcipiēs eius curā egit. Uiri aūt quidā inuidi ⁊ malitioſi videntes predictum principē in tāta gr̄a eē regis: ipſum apud regē accuſauerunt: q̄ nō ſolum xp̄ianoꝝ fidem declinaſſet ſed inſuꝑ regnuꝫ conabat̄ ſibi ſurripere turbam ſollicitās ⁊ ſibi cōciliās. Sꝫ ſi hec inquiūt ita eē o rex ſcire deſideras ipſum ſecreto aduoca: et vitā hanc cito finiendam cōmemora et idcirco gloriam regni te velle derelinquere ⁊ monachoꝝ habitū aſſumere aſſeras. quos tn̄ ignorāter hactenꝰ fueras ꝑſecutus. Et tūc videbis quid tibi rn̄derit. Que cū rex oīa vt illi ſuaſerant feciſſet: ille doli ignarus ꝑfuſus lacrimis ꝓpoſitum regis laudauit et vanitatē mūdi rememorās q̄ totius hoc adimplēdū cōſuluit. Qđ rex audiēs ⁊ verum eē qđ illi dixerāt credens: furore repletus eſt: nihil tn̄ ſibi rn̄dit. Uir aūt perpēdens q̄ rex grauiter verba ſua acceperat tremēs abſceſſit: ⁊ medicū ſe habere verboꝝ recolens oīa ſibi narrauit. Cui ille. Notum ſit tibi q̄ rex ſuſpicat̄ vt propter hoc dixeris q̄ eius regnū velis inuadere. Surge igit̄ cito ⁊ comam tuā tunde ⁊ veſtimenta abijciens ciliciū indue: ⁊ ſummo diluculo ad regē ingredere. Cūq̄ rex quid ſibi h̄ velit interrogauerit rn̄debis. Ecce rex paratus ſum ſequi te. Nā ⁊ ſi via ꝑ quā cupis ire difficilis ſit: tecū tn̄ exiſtēti facilis mihi erit. Sicut em̄ ſociū me habuiſti in ꝓſperis: ſic habebis pariter in aduerſis. Nunc igr̄ preſto ſum quid moraris. Qđ cū ille ꝑ ordinē feciſſet rex obſtupuit: ⁊ falſarios arguēs virū ampliori honore dotauit. Filiꝰ aūt eiꝰ in palatio educatꝰ ad etatē adultā ꝑuenit ⁊ in omni ſapiētia plene edoctꝰ fuit. admirās aūt cur pater ſic eū recluſiſſet: vnuꝫ de ſeruis ſibi familiariorē ſecreto d̄ hac re interrogauit dicēs ſe in multa meſtitia poſitū eē q̄ ſibi foras egredi nō liceret adeo vt nec cibus ſibi ſaperet nec potꝰ. Quod pr̄ audiēs ⁊ dolēs: equos idoneos parari fecit ⁊ choros plaudētes an̄ eū mittēs ne q̄d ſibi fedū occurreret diligenter ꝓhibuit. Predicto igr̄ iuuene taliter ꝓcedēte. quadā vice vnꝰ leproſus ⁊ vnꝰ cecus ſibi obuiauerūt. Quos ille vidēs ⁊ ſtupēs quid ſint ⁊ quidnā habeāt inq̄ſiuit. Et miniſtri dixerūt. Paſſiones iſte ſunt q̄ hominibꝰ cōtingere ſolent. Et ille. Omnibꝰ hominibꝰ cōtingere poſſunt hmōi. Negātibꝰ illis rn̄dit. Noti ſunt igit̄ q̄ hec pati debeāt an ſic indefinite ꝓueniūt. Et illi. Et quis hominū futura ſcire valet. Ualde igr̄ anxiꝰ eē cepit ꝓ incōſuetudine rei. Alia aūt vice quendā valde ſenē rugoſum habentē faciē ⁊ dorſum incuruatū ⁊ cadentibꝰ dentibꝰ balbutiēdo loquēteꝫ inuenit. Stupefactus igr̄ diſcere cupit viſionis miraculū. Cūq̄ didiciſſet q̄ ꝓpter annoꝝ multitudinē ad talē ſtatuꝫ veniſſet ait. Et q̄s eſt huius finis. Dicūt ei. Mors. Et ille. Eſt ne mors omniū vel aliquoꝝ. Cūq̄ didiciſſet oēs mori debere interrogauit. In quot annis h̄ ſuperueniūt. Et illi. In octoginta vel centū annis ſenectꝰ inducit̄: deinde mors ipſa ſubſequit̄. Hec igit̄ iuuenis frequenter in corde ſuo recogitans in multa deſolatione erat: ſed coram patre letitiam pretendebat plurimum deſiderans in huiuſmodi dirigi ⁊ doceri. C Igitur quidā monachus vita et opinione ꝑfectus habitans in deſerto terre ſennaar nomine barlaam hec q̄ circa filiū regis agebantur per ſpiritum cognouit: et mercatoris habitum ſumens ad ciuitatem illam deuenit. Accedenſq̄ pedagogo filij regis locutꝰ eſt dicens. Ego cum negotiator ſim lapidem pretioſum venalem habeo qui cecis lumen tribuit: ſurdis aures aperit: mutos loqui facit: inſipientibus ſapientiam infundit. Nunc igitur duc me ad filium regis: et hunc ſibi tradaꝫ. Cui ille. Uideris hō mature prudentie: ſed verba tua prudentie nō cōcordant. Uerūtamen cuꝫ lapidum notitiam habeā ipſum lapidē mihi oſtende: et ſi talis vt aſſeris fuerit cōprobatus: a filio regis honores maximos cōſequeris. Ad quē ille. Lapis meꝰ inſuper hanc habet virtutē. Quia qui non habet ſanam oculoꝝ aciem et qui nō ſeruat integrā caſtitatē ſi forte illū aſpexerit: ipſam virtutē quā habet viſibilem perdit. Ego aūt medicinalis artis nō expers video te ſanos oculos nō habere. Filiū aūt regis audiui pudicū eſſe. ⁊ oculos pulcerrimos et ſanos habere. Cui ille. Si ſic eſt noli mihi oſtendere: q: et oculos ſanos nō habeo ⁊ in peccatis ſordeſco. Nūcians igitur hec filio regis: ipſum ad eum q̄ totius intro

duxit. Cū ḡ introductus fuiſſet ⁊ rex eū reuerenter ſuſcepiſſet, ait barlaā. In h̄ rex bn̄ feciſti: q: de foris paruitati apparēti nō attēdiſti. Nā rex quidā magnus in curru deaurato ꝓcedēs: cū quibuſdā attritas veſtes indutis ⁊ macie attenuatis obuiaſſet: ꝯtinuo de curru exiliēs ad pedes eoꝝ ꝓcidēs ipſos adorauit: et ſurgēs in oſcula eoꝝ ruit. Proceres aūt ei⁹ indigne h̄ ferentes: ſꝫ regem ſup h̄ arguere formidātes fratri ei⁹ retulerūt quō rex magnificētie regali indigna feciſſet. Frater aūt regem ſup hoc redarguit. Erat aūt regi ꝯſuetudo ꝙ qn̄ aliquis morti tradēdus erat: rex añ eius ianuā preconē cū tuba ad h̄ deputata mittebat. Veſpere igr̄ veniēte añ fratris ianuam tubā ſonari fecit. Qō ille audiēs ⁊ de ſua ſaluatiōe deſperās totā noctē inſomnē duxit ⁊ teſtm̄ fecit. Mane aūt facto indutus nigris veſtib⁹ cuꝫ vxore et filijs ad fores palatij lugēs acceſſit. Queꝫ rex ad ſe ingredi faciēs dixit. O ſtulte ſi ꝑconē fratris tui cui nihil te deliquiſſe cognoſcis adeo timuiſti quō ꝑcones dn̄i mei in quē adeo peccaui timere nō debeā q̄ ſonabilius mihi tuba mortē ſignificāt et terribilē iudicis aduētū mihi denūciauit. Deinde quatuor capſas fieri fecit: ⁊ duas earū extrinſec⁹ auro vndiq̧ operiri ⁊ oſſibus mortuoꝝ putridis impleri: duas vo pice liniri ⁊ gēmis ⁊ margaritis ꝑtioſis impleri fecit. Vocatiſq̧ illos magnates quos ſciebat q̄rimoniā ſ apud fratrē depoſuiſſe: q̄tuor illas capſas añ eos poſuit ⁊ q̄ pretioſiores eēnt inq̄ſiuit. Illi vo duas deauratas magni eē pretij: reliquas vo vilis pretij eē iudicauerūt. Precepit igr̄ rex deauratas aperiri et continuo inde fetor intolerabilis emanauit. Quib⁹ rex. Hec illis ſimiles ſunt q̄ glorioſis veſtib⁹ ſunt amicti intus vo immūdicia vitioꝝ pleni. Deinde alias aperiri fecit: ⁊ ecce odor mirabilis inde exalauit. Quibus rex. Iſte illis pauperrimis quos honoraui ſimiles ſunt qui ⁊ ſi vilib⁹ veſtimētis operiant̄: intus tn̄ omni virtutū odore reſplēdent. Vos aūt ſolū q̄ deforis ſunt attēditis: ⁊ que deint⁹ ſunt nō ꝯſideratiſ. Scḋm igr̄ illū regē tu q̧ feciſti bn̄ ſuſcipiēs me. incipiēs igr̄ barlaam cepit ei de mūdi creatiōe ⁊ hominis preuaricatiōe ac filij dei incarnatiōe, paſſione et reſurrectione longū ſermonē retexere: necnō de die iudicij ⁊ de retributione bonoꝝ ⁊ maloꝝ multa ꝓferre: ⁊ ſeruiētes idolis plurimū exprobare ac de eoꝝ fatuitate tale exemplū ponere dicēs. O Sagittari⁹ quidā auiculaꝫ paruaꝫ noīe philomenā capiēs cū vellet eā occidere vox data eſt philomene et ait. quid tibi ꝓderit o hō ſi me occideris. Neq̧ eñ ventreꝫ tuū de me implere valebis: ſꝫ ſi me dimittere velles tria tibi mādata darem q̄ ſi diligētius ꝯſeruares magnā inde vtilitateꝫ ꝯſequi poſſēs. Ille vo ad eius loquelā ſtupefactus ꝓmiſit ꝙ eā dimitteret ſi hec ſibi mādata proferret. ⁊ illa. Nunq̄ rem que apprehēdi nō poteſt apprehēdere ſtudeas. De re ꝑdita irrecuperabili nūq̄ doleas. Verbū incredibile nunq̄ credas. hec tria cuſtodi ⁊ bene tibi erit. Ille aūt vt ꝓmiſerat eam dimiſit. Philomena igr̄ ꝑ aera volitans dixit ei. Ve tibi homo ꝙ malū conſilium habuiſti ⁊ ꝙ magnum theſaurum hodie perdidiſti. Eſt enim in meis viſcerib⁹ margarita que ſtrutionis ouum ſua vincit magnitudine. Qō ille audiens valde ꝯtriſtat⁹ eſt ꝙ eā dimiſerit: ⁊ eā apprehendere conabat̄ dicēs: veni in domū meā ⁊ omnē tibi humanitatē exhibebo ⁊ honorifice te dimittā. Cui philomena. Nūc ꝑ certo cognoui te fatuū eē. Nā ex his q̄ tibi dixi nullū ꝑfectū habuiſti: q: ⁊ de me ꝑdita et irrecuperabili doles et me tētaſti capere cū nequeas meo itinere ꝑgere ⁊ inſup margaritā tā grādeꝫ in meis viſcerib⁹ credidiſti eſſe cū ego tota ad magnitudinē oui ſtructiōis nō valeā pertingere. Sic ḡ ſtulti ſunt illi qui ꝯfidūt in idolis: q: plaſmatos a ſe adorāt et cuſtoditos a ſe cuſtodes ſuos appellāt. Cepitq̧ ꝯ̄ fallacē mūdi delectationeꝫ ⁊ vanitatē multa diſputare: ⁊ plura ad h̄ exēpla adducere dicēs. Qui corporales delectatiōes deſiderāt ⁊ aīas ſuas fame mori ꝑmittūt ſimiles ſunt cuidā homini q̄ dū a facie vnicornis ne ab eo deuoraret̄ velocius fugeret in quoddā baratrū magnū cecidit. Dū aūt caderet manib⁹ arbuſculā quandā apphēdit: et in baſe quadā lubrica ⁊ iſtabili pedes fixit. Reſpiciēs vo vidit duos mures vnū albū et aliū nigrū inceſſanter radicē arbuſcule quā apprehēderat corrodentes ⁊ iā ꝓpe erat vt ipſam abſcideret. In fundo aūt baratri vidit draconē terribilē ſpirantē ignē et apto ore ipſum deuorare cupientē. Sup baſem vo vbi pedes tenebat vidit q̄tuor aſpidū capita inde ꝓdeūtia. eleuās aūt oculos vidit exiguū mellis de ramis illi⁹ arbuſcule ſtillans. Oblitusq̧ ꝑiculi in quo vndiq̧ poſitus erat: ſeipm̄ dulcedini illius modici mellis totuꝫ dedit. Unicornis aūt mortis tenet figurā que hoīem ſemꝑ ꝑſequit̄ ⁊ apprehēdere cupit. Baratrū vo mūdus eſt oīb⁹ malis plen⁹. Arbuſtula vo vniuſcuiuſq̧ vita eſt q̄ ꝑ horas diei ⁊ noctis quaſi ꝑ murē albū et nigrū inceſſanter ꝯſumit̄: ⁊ incīſioni appropinquat. Baſis vo q̄tuor aſpidū corpus ex q̄tuor elementis ꝯpoſitū quib⁹ inordinatiſ corporis ꝯpago diſſoluit̄. Draco terribilis os inferni cūctos deuorare cupiēs. Dulcedo ramuſculi delectatio fallax mūdi ꝑ quā hō ſeducitur vt periculū ſuū minime intueat̄. ¶ Addiditq̧ dicēs. Similes ſunt iterū mūdi amatores homini q̄ tres amicos habuit: quoꝝ vnū pluſq̄ ſe: ſcḋꝫ tm̄ quantū ſe: tertiū minus ꝙ ſe ⁊ quaſi nihil dilexit. In magno itaq̧ periculo poſit⁹ ⁊ a rege citatus: cucurrit ad primū amicū ei⁹ auxiliū querēs et qualiter eū dilexerit ſemꝑ ꝯmemorās. Cui ille neſcio q̄s ſis o hō habeo alios amicos cuꝫ quib⁹ me hodie letari opꝫ quos ⁊ amicos amodo poſſidebo: ꝑbeo tamē tibi duo ciliciola vt habeas cuib⁹ valeas operiri. Confuſus igit̄ ad ſcḋm venit et ſilr̄ ei⁹ auxiliū poſtulauit. Cui ille. Nō vacat mihi tecū ſubire agonē: curis eñ multis circūdor: modicū tm̄ vſq̧ ad oſtium palatij te ſociabo: ⁊ ſtatim domum reuertar ꝓprijs vacās negotijs. Triſtis igr̄ et diſperās ad tertiū amicū perrexit ſibiq̧ facie demiſſa dixit. Nō habeo os loquendi ad te: q̄m vt debui nō amaui te. Sꝫ in tribulatiōe circūdatus ⁊ ab amicis deſtitut⁹: rogo vt mihi auxiliuꝫ feras et mihi veniā ꝑbeas. Et ille hilari vultu dixit. Certe amicū chariſſimū fateor te eſſe: ⁊ tui lꝫ modici bn̄ficij nō imemor: ꝓcedā te ⁊ apud regē interueniam ꝓ te: ne in manib⁹ tradat te inimicoꝝ. Prim⁹ igr̄ amic⁹ eſt diuitiarū poſſeſſio ꝓ quib⁹ hō multis peri



culis ſubiacet. Veniēte vo mortis termino nihil ex oīb⁹ niſi viles accipit ad ſepeliēdū pāniculos. Scḋs amicus eſt vxor filij ⁊ parētes q̄ tm̄ vſq̧ ad monumētū ſecū ꝑgētes ꝓtin⁹ reuertunt̄ ſuis vacātes curis. Terti⁹ amic⁹ eſt fides: ſpes: ⁊ charitas ⁊ eleemoſyna ⁊ cetera bona opa q̄ nos cū exim⁹ de corpore ꝑnt ꝑcedere. ⁊ ꝓ nobis apud deū īteruenire ⁊ ab inimicis demonib⁹ nos liberare. Hoc īſup addidit dicēs. In q̄dā magna ciuitate ꝯſuetudo fuit ꝙ hoīeꝫ extraneū ⁊ ignotū in anno in principē eligebāt. Cui omni poteſtate accepta q̄cq̄d volebat facere licitū erat: ⁊ ſine omni oī ꝯſtitutiōe terrā regebat. Illo igit̄ in oībus delicijs ꝑmanēte: ⁊ ſemꝑ ſibi ſic eē eſtimante: repēte ciues in eū inſurgebāt ⁊ ꝑ totā ciuitatē nudū trahētes in remotā īſulā exulē trāſmittebāt vbi nec cibuꝫ nec veſtimētū inueniēs fame ⁊ frigore urgebat̄. Tādē quidā ali⁹ ſublimat⁹ in regno cū illoꝝ ciuiū ꝯſuetudinē didiciſſet infinitos theſauros ad inſulā illā ꝑmiſit: vbi poſt annū in exiliū relegat⁹ ceteris fame deficiētib⁹ ille īmēſis delicijs abūdabat. ciuitas hec mūdus iſte eſt. Ciues tenebraruꝫ principes q̄ nos falſa mūdi delectatiōe alliciūt: nobiſq̧ nō ſperātib⁹ mors ſuꝑuenit ⁊ in locū tenebrarū dimergimur. Diuitiarū vo ad eternū locū ꝑmiſſio fit manib⁹ egenoꝝ. ¶ Igit̄ cū barlaā ꝑfecte filiū regis docuiſſet ⁊ ipſe cuꝫ iā relicto patre ſeq̄ vellet. dixit barlaā. Si hoc feceris cuidā iuueni ſimilis eris q̄ cū quādā nobilē nollet deſpōſare vxorē: ipſe renuēs aufugit ⁊ in quēdaꝫ locū deueniēs virginē quādā ꝑuiuſdā ſenis pauꝑis filiā laborantē ⁊ ore deū laudantē vidit. Ad quā ille. Quid eſt qō agis mulier. Cuꝫ eñ ita pauꝑ ſis grās tn̄ agis deo ac ſi magna recepiſſes ab eo. Ad quē illa. Sicut parua medicina ſepe a magno lāgore liberat: ſic gratiarūactio in paruis donis magnoꝝ efficitur auctrix donoꝝ. Hec tn̄ q̄ extrinſecus ſunt noſtra nō ſunt: ſꝫ ea q̄ in nobis ſunt ⁊ nr̄a ſunt. A deo magna accepi: q: me ad ſuā imaginē fecit. Intellectum mihi dedit ad ſuā me gloriā vocauit: ⁊ ianuam regni ſui iā mihi aperuit. Pro tātis ergo ⁊ tā magnis donis ipm̄ laudare ꝯuenit. Vidēs iuuenis ei⁹ prudentiā eā a patre ſuo in vxorē petijt. Cui ille. Filiā meaꝫ accipere nō vales: q: diuitū ⁊ nobiliū fili⁹ es: ego autē pauꝑ ſum. Sꝫ cū ille oīno inſtaret ait ſenex. Non poſſum eā tibi dare vt in domū patris tui ducas eā: cū vnica mihi ſit. Et illa apud vos manebo ⁊ vobis me in oīb⁹ ꝯformabo. Deponēs igit̄ ꝑtioſum ornamētū habitū ſenis induit: ⁊ apō eū manens ipam in vxorē accepit. Poſtq̄ vo ſenex diutius eū ꝓbauit ī thalamū eū duxit ⁊ imēſum pōdus diuitiarū quātū nūq̄ viderat ſibi oſ̄dit ⁊ oīa ſibi dedit. Dixit auteꝫ ioſaphat. Couenienter iſta me tāgit narratio: et a te hoc dictū eē de me exiſtimo. Sꝫ dic mihi pater quot annoꝝ es ⁊ vbi ꝯuerſaris: q: a te nūq̄ volo ſeparari. Et ille annoꝝ ſum. xlv. in deſertis terre ſennaar degēs. Ad quē ioſaphat. Ampli⁹ pater mihi appares. lxx. annoꝝ. Et ille. Si a natiuitate mea oēs annos meos q̄ris diſcere: bene eos exiſtimaſti. Sed nullo mō a me in mēſura vite ꝯputant̄ quotquot in vanitate mūdi expēſi ſunt. Tūc eñ interiore hoīe mortu⁹ erā: ⁊ ānos mortis nūq̄ vite noīabo. Cum igit̄ ioſaphat eū in deſertū ſequi vellet: dixit barlaā. Si hoc feceris ⁊ tuo ꝯſortio carebo ⁊ ꝑſecutiōis fratribus meis auctor exiſtā. Sꝫ cū oportunū tp̄us videris ad me venies. Barlaā igit̄ filiū regis baptizās ⁊ in fide optime īſtruēs: eū oſculat⁹ eſt ⁊ ad locū ſuū reuerſ⁹ eſt. ¶ Poſtq̄ aūt rex filiū xp̄ianū factū audiuit: in dolore nimio poſit⁹ eſt. Quē q̄dā amic⁹ ſuus noīe arachis ꝯſolās ait. Cognoſco rex ſenē ꝗ̄dā eremitā q̄ de nr̄a ſecta eſt q̄ ꝑ oīa barlaā ſimilis ē. Hic igit̄ barlaā ſe ſimulās primo xp̄ianoꝝ fidē defendet: deinde ſe ſuꝑari ꝑmittet: ⁊ oīa q̄ docuerat reuocabit ⁊ ſic fili⁹ regis ad nos redibit. Aſſumpto igit̄ ꝑdicto principe magno exercitu ad querēdū barlaā iuit: et eremitā illū capiēs ſe barlaā cepiſſe dixit. Quē fili⁹ regis audiēs captū. ſ. magiſtrū ſuū amare fleuit. Sꝫ poſtmodū ꝑ dei reuelationē hunc nō eſſe cognouit. ingreſſus igit̄ pater ad filiū ait. Fili mi in magna triſtitia me poſuiſti ⁊ meā caniciē inhonoraſti ⁊ lumen oculoꝝ meoꝝ abſtuliſti. Quare fili hoc feciſti et deoꝝ meoꝝ cultū reliq̄ſti. Cui ille. Tenebras pr̄ fugi et ad lumē cucurri. Errorē deſerui ⁊ veritatē agnoui. Noli aūt fruſtra laborare q̄m nūq̄ a xp̄o me poteris reuocare. Sicut eñ tibi īpoſſibile eſt altitudinem celi manu tāgere aut maximū ſiccare pelagus. ſic ⁊ iſtud eſſe cognoſce. Tūc rex ait. Et q̄s horū mihi auctor ē maloꝝ niſi ego q̄ taꝫ magnifica tibi feci q̄ nūq̄ aliq̄s patrū fecit filio. Quapropt̄ prauitas volūtatis tue et ꝯtētio effrenata aduerſus caput meū te inſanire fecit. Merito aſtrologi ī natiuitate tua dixerūt te arrogantē ⁊ parētib⁹ inobediētem futurū. Nūc vo ſi mihi nō acqeueris a mea diſcedes filiatione ⁊ ꝓ patre inimic⁹ effect⁹ illa tibi faciā q̄ nec hoſtib⁹ adhuc feci. cui ioſaphat. Cur rex triſtaris q: bonoꝝ particeps effect⁹ ſum. Quis vnq̄ pater in filij ſui ꝓſperitate triſtis apparuit. Nō ergo iā patrē vocabo te. Sed ſi mihi aduerſaberis ſicut a ſerpēte fugiā a te. Rex igit̄ ab eo cū ira diſcedēs: arachi amico notam fecit filij duritiā q̄ ſibi ꝯſuluit vt nō aſperis verbis cū eo vteret̄: q: blādis ⁊ lenib⁹ puer meli⁹ traheret̄. Sequēti igit̄ die rex ad filiū venit et circumplectēs oſculabat̄ eū dicēs. Fili dulciſſime honora caniciē patris tui. Verere fili patrē tuū. An neſcis quale bonū eſt patri obedire et eū letificare ſicut ecōtra malum eſt ipm̄ exacerbare. Quotquot eñ fecer̄t male perierunt. Cui ioſaphat. Tēpus amādi et tp̄s obediendi et tp̄s inobediēdi: tp̄s pacis ⁊ tp̄s belli. Nullo enim mō auertētibus nos a deo obedire debem⁹: ſiue ſit pater ſiue ſit mater. ¶ Vidēs igit̄ pater ei⁹ ꝯſtantiā ait. Ex quo video tuā ꝑtinaciā nec mihi obedire vis ſaltē veni ⁊ ambo pariter veritati credam⁹. Barlaā eñ q̄ te ſeduxit a me vinct⁹ tenet̄. Nr̄i igit̄ ⁊ veſtri cū barlaā ꝯueniāt et ꝑconē mitte: vt oēs galilei ſine timore veniāt. Et diſputatione incepta ſi veſter barlaā obtinuerit vobis credem⁹. Si aūt nr̄i nobis ꝯſentietis. Qō cū regis filio placuiſſet: et illi cū ſimulato barlaā ordinaſſent quō pri⁹ deberet ſimulare ſe fidē xp̄ianoꝝ defenderet poſtea ſe ꝑmittere ſuperari oēs īſimul ꝯuenerūt. Conuerſus igr̄ ioſaphat ad nachor dixit. noſti o barlaā q̄liter me docuiſti. Si igit̄ fidē quā me docuiſti defenderis in doctrina tua

vſq₃ in fine₃ vite permanebo. Si aūt ſupatus fueris ſtatim in te meā cōtumeliā vindicabo ⁊ cor tuū ⁊ liguā manibus extrahēs dabo canib⁹ ne alij amplius pſumāt filios regū in errorē mittere. His auditis nachor triſtis ⁊ pauidus vehemēter fact⁹ eſt, vidēs ſeipſum i foueā quā fecit decidiſſe. ⁊ laq̄o ſuo dep̄hēſum eſſe. Animaduertēs igiꝛ cognouit meli⁹ eē filio regꝫ adhererevt piculū mortis euadere poſſet. Rex autē ſibi palā dixerat vt fidē ſuā ſine timore defenderet. Un⁹ ergo rhetoꝝ ſurgēs dixit. Tu es barlaā q̄ filiu₃ regis ſeduxiſti. Et ille. Ego ſum barlaā q̄ filiū regis nō in errorē miſi: ſed ab errore liberaui. Et rhetor. Cū eximij ⁊ mirabiles viri deos nr̄os adorauerunt q̄mo tu aduerſus eos audes iſurgere. Et ille reſpōdēs ait. Chaldei greci ⁊ egyptij errātes creaturas deos eē dixerūt. Nā chaldei elemēta deos eſſe arbitrati ſunt. cū creata ſint ad vtilitatē hoīm: vt eoꝝ dominatiōi ſubiaceāt ⁊ multis paſſionib⁹ corrūpantur. Greci quoq₃ nephādos hoīes deos putāt ſicut ſaturnū quē aiunt filios ſuos comediſſe ⁊ virilia ſibi abſcidiſſe ⁊ in mare piciſſe ⁊ venerē inde natā fuiſſe a filio ſuo q₃ ioue alligatū ⁊ i tartarū piectū eē. Iupiter q₃ rex alioꝝ deoꝝ eē deſcribiꝛ. Quē tn̄ in aīalia trāſformatū ſepe dicūt vt adulteria cōmitteret. Venerē q₃ deā adulterā eē dicūt. Nā aliqn̄ habuit ſecū martē: aliqn̄ adonidē. Egyptij aūt aīalia coluerūt. ſ. ouē: vitulū: porcū ⁊ hmōi. xp̄iani aūt filiū altiſſimi colunt q̄ de celo deſcēdit: ⁊ carnē aſſumpſit. Cepit igiꝛ nachor fidē xp̄ianoꝝ euidēter defendere ⁊ rōnib⁹ cōmunire: ita ꝙ rhetores illi muti effecti nihil oīno reſpōdere ſciuerūt. Ioſaphat igiꝛ vehementer exultabat eo ꝙ dn̄s p inimicū viritatis veritatē defendiſſꝫ. Rex aūt furore nimio replet⁹ eſt. Iuſſit igiꝛ cōciliu₃ diſſolui quaſi de his ſequēti die denuo tractaturus. Dixitq₃ ioſaphat patri. Aut magiſtrū meū pmitte mecū hac nocte manere vt ſimul de rn̄ſionib⁹ fiēdis craſtino conferamus: ⁊ tu tuos tecū aſſumas et cu₃ eis ꝯferas. Aut tuis mecū pmiſſis accipe meū. Alioqui nō iuſtitiā: ſed violentiā exercebis. Quapropter nachor ſibi cōceſſit ſpe₃ adhuc hn̄s ꝙ eū ſeduceret. Cū igiꝛ fili⁹ regis cū nachor domu₃ rediſſet: dixit ei ioſaphat. Ne putes me ignorare q̄s ſis. Scio te nō eſſe barlaā. ſed nachor aſtrologum. Incipiēſq₃ ioſaphat viā ſalutis ei p̄dicauit ⁊ ad fidem cōuertēs manc ad eremum miſit vbi baptiſmū ſuſcipiens eremiticam vitam duxit. ¶ Magus aūt quidā noīe theodas hec q̄ gerebanꝛ audiens ad regē venit ⁊ ꝙ filium ſuu₃ ad leges patrias redire faceret promiſit. Cui rex. Si hoc feceris Statuā aureā tibi erigam: et ipi ſicut dijs ſacrificiū offerā. Et ille. A filio tuo cūctos remoue ⁊ mulieres decoras ⁊ ornatas introduci precipe. vt ſemper cū eo ſint ⁊ miniſtrent ei: cōuerſanꝛ ⁊ morentur cū eo. Ego aūt vnum de ſpiritibus meis ad eum dirigā qui eum ad libidinē inflāmabit. Nihil eñ iuuenes ſic poteſt ſeducere ſicut facies mulierum. Rex eñ quidā cum filium vix habuiſſet dixerunt peritiſſimi medici ꝙ ſi infra decē annos ſolem vel lumē viderit lumine oculoꝝ priuabitur. Rex igitur in quadā petra ſpelunca exciſa filium ibi vſq₃ ad annos .x. manere fecit. Quibus finitis iuſſit rex vt omniū reru₃ genera ante eum adducerenꝛ vt oīum noīa ⁊ notitia₃ poſſet habere. Adductꝫ igr̄ aū eū auro ⁊ argēto ⁊ lapidibus precioſis veſtib⁹ ſplēdidis. equis regalibus ⁊ oīm rerū generib⁹ cū de vniuſcuiuſq₃ rei noīe interrogaret miniſtri oīm ſibi noīa indicabāt. Cū aūt nomē mulieru₃ diſcere āxie q̄reret. ſpatari⁹ regis ludendo dixit demones eas eſſe que hoīes ſeducūt. Rege aūt interrogāte filiū quid de oībus que viderat plus amaret. Quid inquit pr̄ aliud niſi demoēs illos q̄ ſeducūt hoīes. In nullo eñ ſicut in his exarſit aīa mea. Nō igr̄ aliter putes te filium tuū ſuperare niſi hoc modo. Rex igr̄ oībus miniſtris eiectis puellas decoras ei aſſociauit. que eū ſemper ad libidinē puocabāt nec habebat aliū ad quem reſpiceret aut cū quo loquereꝛ aut cū quo veſcereꝛ. Malign⁹ ꝟo ſpūs a mago miſſus in iuuenē irruit ⁊ magnū int⁹ caminū ignis accēdit. Malignus igitur ſpirit⁹ int⁹ inflāmabat. puelle aūt exterius dirum excitabant ardorē. Qui ſe tam fortiter vexari ſentiens turbabaꝛ. ⁊ deo ſe totu₃ recōmendans diuinā cōſolationē recepit ⁊ oīs tētatio abſceſſit. Deinde quandam puellam pulcerrimā cuiuſdā regis filiā ſꝫ patre orbatā ad eū miſit. Cui cū vir dei predicaret. Illa reſpōdit. Si me ab idoloꝝ cultura ſaluare deſideras coniungere mihi nuptiarū copula. Nā ⁊ xp̄iani coniugia ñ abhorrēt: ſꝫ laudāt q₂ patriarche eoꝝ ⁊ pphete ⁊ petrus eoꝝ apl's cōiuges habuerūt. Ad quā ille. Inaniter mulier iſta mihi pſequeris. Permittiꝛ quidē xp̄ianis vxores ducere: ſed nō his qui pmiſerꝛ xp̄o virginitatē ſeruare. Et illa. Sit ita vt vis. S₃ ſi aīam meā ſeruare deſideras. vnā minimā petitione₃ mihi pfice. Concūbe mecū tātū hac nocte ⁊ promitto tibi ꝙ ſummo diluculo efficiar xp̄iana. Nā ſi vt dicitis gaudiū eſt angelis dei ſup vno peccatore penitentiā agēte: ipſi auctori conuerſionis nōne magna merces debeꝛ. Semel tn̄ mihi acquieſce: ⁊ ſic meipſam ſaluabis. Illa igiꝛ turrē aīe illi⁹ fortiter ꝯcutere cepit. Q̄d demō videns ſocijs ſuis ait. Videtis q̄mo puella iſta cōcuſſit quem nos nō potuim⁹ cōcutere. Venite ergo ⁊ in eū fortiter irruam⁹ ex quo cōgruū tp̄s inuenim⁹. Cernēs igiꝛ ſctūs iuuenis ſe tā fortiter captiuatū q₂ ⁊ cōcupiſcētia ītitabat: ⁊ ſalus vni⁹ puelle diabolo ſuggerente ipm cōmouebat lacrimis infuſus orōni ſe dedit. In qua orōne obdormiēs vidit ſe duci i quoddā pratū decoris florib⁹ exornatu₃ vbi folia arboꝝ dulcē ſonū reddebāt aura quadam grata agitata ⁊ odorē mirificū emanabāt: Ubi fructus viſu ſpecioſiſſimi ⁊ guſtu deſiderabiles. Ubi ſedes poſite erāt auro ⁊ gēmis fabricate lecti luci di cū p̄tioſiſſimis ornamētis aq̄ lipidiſſime p̄terfluētes. Dehinc in ciuitatē ipam itroduxerunt cui⁹ muri ex auro obrizo erāt qua claritate mirabili rigebāt vbi etherei quidā exercit⁹ cātātes cāticū q̄d auris mortalium nunq₃ audiuit. Dictum eſt ei. Iſte eſt locus beatorū. Cum aūt viri vellent eū reducere: rogabat vt eū ibi manere permitterēt. Qui dixerūt. Cum labore multo venies huc: ſi tn̄ tibi vi₃ inferre poteris. Deinde ad loca teterrima ipm duxerūt omni feditate plena. Dictumq₃ eſt ei. Iſte eſt locus iniuſtorum. Cū aūt euigilaſſet pulcritudo illi⁹ puelle et cetera

errores diuerſarum gentium circa deos.

filij regis in ſolas mulieres demones exarſit



rum ſtercore fetidior ei videbaꝛ. Veru₃ cum maligni ſpūs ad theodā rediſſent ⁊ ipe eos exprobaret dixerunt. Priuſq̄ ſigno crucis ſignareꝛ ſup ipm irruentes fortiter ipm cōturbauim⁹. Ut aūt ſeipſum ſigno crucis muniuit nos pſecutus eſt cum ira. Tūc theodas cū rege ad eū intrauit ſperās ꝙ ei pſuadere poſſet. S₃ predictus magus captus eſt ab eo quē capere voluit: ⁊ ab eo cōuerſus baptiſma ſuſcepit et laudabilem vitā duxit. ¶ Rex igr̄ deſperās dimiſit ei de cōſilio amicoꝝ mediu₃ regni ſui. Ille aūt lꝫ deſertum tota mēte deſideraret: tn̄ ꝓpter fidei dilatione₃ ad tp̄s ipſum regnū ſuſcepit: ac in ſuis ciuitatib⁹ tēpla ⁊ cruces erexit ⁊ oēs ad xp̄m cōuertit. Pr̄ aute₃ tandē filij rōnib⁹ ⁊ p̄dicationib⁹ aſſenſum p̄bens fidem xp̄i recepit ⁊ baptiſmū ſuſcipiēs ⁊ totū regnu₃ filio ſuo dimittēs: ipſe mie opibus vocabat ⁊ poſt h̄ laudabiliter vitā finiuit. Ioſaphat aūt barachiā rege₃ p̄nunciās pluries fugere voluit: ſꝫ ſemp a pplo captus: vix tandē euaſit. Cū g̊ p deſertū pgeret: cuidam pauperi regalē habitū dedit ⁊ ipe in paupima veſte remāſit. Diabolus aūt multas ei inſidias parabat. Aliqn̄ eñ gladio euaginato in eū irruebat et eū pcutere minabaꝛ niſi deſiſteret. Aliqn̄ in forma ferarū ſibi apparebat frēdens ⁊ diru₃ mugitu₃ emittēs. Ille aūt dicebat. Dn̄s mihi adiutor eſt: nō timebo qui faciat mihi hō. Duob⁹ igr̄ annis in eremo ioſaphat vagabundus māſit nec barlaā inuenire potuit. Tandē aūt ſpeluncā iuenit: ⁊ aū oſtiū ſtās dicebat. Benedic pater benedic. Cuius vocē barlaā audiēs foras exiliit: et oſculantes ſe feruentiſſime ſeſe alterutru₃ amplexib⁹ cōſtringebant nec ſatiari poterant. Retulit aūt ioſaphat barlaā oīa que acciderāt et ille immenſas grās egit deo. Māſit aūt ioſaphat ibidē multis annis in abſtinētia mirabili ⁊ ꝟtute. Tandem cōpletis dieb⁹ barlaam in pace quieuit circa annos cclxxx. Ioſaphat igiꝛ in anno. xxv. regnu₃ delerens xxxv. annis eremiticum labore₃ ſubijt. Et ſic multis clarus virtutib⁹ in pace quieuit ⁊ cū corpore barlaā poſit⁹ fuit. Q̄d audiēs rex barachias illuc cu₃ multo exercitu venit et corpora reuerēter aſſumens in ciuitatē ſuā trāſtulit. Ad quoꝝ tumulū miracula multa fiunt.

¶ De ſancto pelagio. clxxvij.



Pelagi⁹ papa multe ſctitatis fuit ac i pōtificatu laudabiliter ſe gerēs tādē plen⁹ bonis operib⁹ in pace quieuit. Nō fuit autē iſte pelagi⁹ p̄deceſſor .i. gregorij: ſed alius aū ip₃. Huic eñ pelagio ſucceſſit ioānes tertius. ioanni tertio ſucceſſit benedictus. bn̄dicto pelagi⁹. pelagio gregorius. Tpe igitur primi pelagij lōgobardi in italiā venerūt. Et q₂ multi huius hiſtoriā ignorare pbanꝛ: iō eā hic interenda₃ decreui put in hiſto. lōgobardoꝝ quā paulus lōgobardorū hiſtoriograph⁹ cōpilauit: ⁊ in diuerſis chronicis explanata habeꝛ. Ges etem̄ q̄dā erat germanica plurimū populoſa q̄ de littorib⁹ oceani pte ſeptētrionali egreſſa cū de inſula ſcandinaria p belloꝝ multa certamina diuerſarūq₃ terrarū circūit⁹ tandem pannoniā deueniſſet vltra non audens pcedere: ſede₃ ſibi in ea ppetue habitatiōis inſtituit. Hi primo vuinuli poſtea longobardi ſunt appellati. Dū aūt adhuc in germania reſiderēt agilmūdus rex lōgobardoꝝ ſeptem pueros in piſcina a meretrice ad necādu₃ piectos inuenit quos vno partu dicta meretrix ediderat. Quos dum rex caſu reptos cū haſta admirās reuolueret: vn⁹ eoꝝ haſtā regis manu tenuit. Quē rex vidēs ⁊ ſtupēs nutriri fecit ⁊ lamiſſionē vocauit magnū eū futurū eē prenūcians. Qui tante pbitatis extitit ꝙ mortuo rege eū lōgobardi regē fecerūt. Per idē fere tp̄s. ſ. anno ab incarnatione dn̄i. cccclxx. du₃ quidā ep̄s arrian⁹ vt eutropius: quēdā noīe barba₃ baptizare volens diceret. Baptizo te barba in noīe patris p filiū in ſpirituſancto filiū ⁊ ſpm̄ſanctum minorem patre per hoc oſtendere volens: ſubito aqua diſparuit ⁊ baptizād⁹ ad ecclīam confugit. ¶ Per idem fere tēpus floruerūt ſancti medardus ⁊ gildardus fratres vterini vno die nati: vno die epiſcopi cōſecrati: vno die mortui: vno die a chriſto aſſumpti ante ꝟo hoc tempus vt in quadam chronica dicitur. ſcilicet circa annum domini. cccci. dum intra gallias ariana hereſis pullularet vnitas ſubſtantie triu₃ perſonarum euidēti miraculo demonſtraꝛ vt ait ſigibertus. Dū enim in vrbe valaſcenſi miſſam epiſcop⁹ celebraret vidit tres guttas clariſſimas eq̄lis magnitudinis ſuper altare emiſſas: que ſimul defluentes in vnum cōiuncte gemma₃ pulcerrimam effecerunt. Quam cum in medio cuiuſdam crucis auree poſuiſſet: alie gēme que ibi erant de ipſa ptinus ceciderūt. Addidit quoq₃ ꝙ impijs obſcura et mūdis clara videbatur ⁊ ꝙ infirmis dabat ſanitatē ⁊ adorantibus crucem augebat deuotionē. ¶ Poſt hoc aūt longobardis his quida₃ rex p̄erat noīe albuin⁹ vir quidam fortis ⁊ ſtrēnuus. Qui cū rege gibedanioꝝ prelium gerens ei⁹ exercitū cōtriuit ⁊ regem interfecit. Quapropter filius p̄dicti regis occiſi qui ſibi in regnum ſucceſſerat in vltione patris ſui contra albuinum manu armata fortiter pceſſit. Cōtra quē albuinus exercitū ſuū mouit et ipum ſuperans interfecit. Filiāq₃ ſuā noīe roſimūdā captiuā ducēs in vxorē accepit. S₃ ⁊ de capite ipſius regis ſibi cupā parauit: quam argēto circunducēs inde bibebat. In illis autem dieb⁹ iuſtin⁹ iunior imperium gubernabat: qui quēdam principe₃ eunuchū habebat qui dicebatur narſes virum quidem nobilē ⁊ ſtrenuū: qui contra gothos qui totā italia₃ inualerāt pcedens ipſos ſuperauit ⁊ regē eoꝝ attilam occidit ⁊ vniuerſam italiam pacatā reddidit. Qui pro magnis beneficijs magnā inuidiā pertulit a romanis. Quapropter apud impatorē falſo accuſat⁹ a p̄fato impatore depoſitus eſt. Uxor quoq₃ imperatoris noīe ſaphina hāc contumeliā ſibi miſit: ꝙ eū cū ancillis ſuis filare faceret et laharū penſa diuidere. Ad hec ꝟba narſes rn̄dit. Et ego talem telā tibi ordiri pcurabo quam donec vixeris deponere nō valebis. Neapolim igiꝛ narſes ſecedens lōgobardis mādauit vt pauperrima pānonie rura dehererēt ⁊ ad italie fertile ſolū poſſidendū confluerēt. Q̄d albuin⁹ audiēs pānoniā deſerit ⁊ anno ab incarnatiōe dn̄i. dlxviij. cū lōgobardis italiā itrauit. Erat aūt ꝯſuetudo eis lōgas valde barbas portare. Un̄ cū q̄dā vice vt aiūt exploratores ad eos ve

lōgobardi dicti sūt qꝛ lōgas hēbāt barbas.

mire deberēt p̄cepit albuinꝰ vt oēs mulieres ſolutos crines circa mētū circūducerēt: vt barbati hoīes ab exploratoribꝰ crederent̃. Et inde lōgobardi a lōgis barbis poſtmodū ſunt vocati. Barba eñ in eoꝝ lingua barbā ſonabat. Alij dicūt ꝙ cū vuinuli cū vuandalis pugnaturi eēnt ⁊ ad quēdā q̄ habebat ſpm̄ ꝓphetie acceſſiſſent vt ꝓ eoꝝ victoria exoraret ⁊ eis bn̄diceret: de cōſilio vxoris iuxta feneſtrā in q̄ mane ad oriētē orabat ſe poſuerūt: ⁊ mulieres circa mētū capillos circūcidere de eiuſdē cōſilio p̄ceperūt. Cū g̊ ille feneſtrā aperiēs eos vidiſſet exclamauit. Qui ſunt iſti lōgobardi. Et vxor adiūxit vt quibꝰ nomē dederat: victoriā cōdonaret. Ingreſſi igr̄ italiā oēs pene ciuitates ceperūt cūctis habitatoribꝰ interfectꝭ. Papiā aūt tribꝰ annis obſeſſā tādē ceperūt. Rex aūt albuinꝰ iurauerat ſe oēs xp̄ianos occiſurū. Un̄ cum papiā intrare deberet. equꝰ eiꝰ aū portā ciuitatis genua figens ꝯtumciq; calcaribꝰ vrgeret̃ ſurgere nō valebat: quouſq; admonitionē cuiuſdā xp̄iani rex iuramentū mutauit. Mediolanū g̊ lōgobardi ingreſſi totā pene italiā intra breue ſpatiū tp̄is ſubiugarūt preter romā ⁊ romaniliā. Que romanilia eſt vocata quaſi altera roma ex eo ſcꝫ ꝙ rome ſemꝑ adheſiſſet. ¶ Cū igr̄ rex albuinus verone eēt ⁊ quoddā magnū cōuiuiū preparaſſet ſcyphuꝫ ſuū quē de capite regis fecerat afferri faciēs ex eo bibit: ⁊ vxorē ſuā noīe roſimūdam de eo bibere fecit dicēs. Bibe cū patre tuo. Qḋ cū roſimūda didiciſſet: odiū magnū ꝯ regē cōcepit. Erat aūt regi dux quidā qui quandā domicellā regine carnaliter cognoſcebat. at regina abſente rege quadā nocte ancille ſue cubiculū ītrās: p̄dicto duci ex ꝑſona ipſius ancille mādauit vt ad ſe illa nocte deberet accedere. Qui cū veniſſet regina p̄dicto duci vice ancille ſe ſuppoſuit ⁊ poſtmodū dixit ei. Scis que ſum. Cui cū ille eē talem amicā ſuam diceret illa ait nequaꝙ. Sed ſum roſimunda. Certe talē rē ꝑpetraſti hodie: ꝙ aut albuinū occides aut albuini gladio interibis. Volo igr̄ vt de ipſo viro meo qui patrē meū occidit ⁊ de eiꝰ capite cupā ſibi faciēs me in ea bibere fecit me debeas vindicare. Cui ille nō acquieſcēs aliū ſe inuenire ꝓmiſit qui hᵒ negotiū ꝑpetraret. Un̄ illa arma ſubtrahēs ſpata illius q̄ erat ad lectuli caput ne tolli aut euaginari poſſet fortiter colligauit. Dū g̊ rex in ſtratu dormiret homicida eiꝰ cubiculū intrare conatur. Qḋ rex ſentiēs de ſtratu exiliit: ⁊ ſpatā arripiēs ſed extrahere nō valens cū ſcabello ſe viriliter defendere cepit. Sed ille cū optime eſſet armatus in regē inualuit ⁊ occidit. Accipiēs igitur vniuerſos theſauros palatij cū roſimunda rauēnā vt d̄r aufugit. Sed cū roſimunda quendā iuuenē pulcerrimū prefectū. ſ. rauēne vidiſſet: ipm̄ in virum habere deſiderās venenū viro ī calice ꝓpinauit. Cuius amaritudinē ille p̄ſentiēs iubet vxori vt reſiduū bibat. Qḋ cū recuſaret ille euaginato gladio eā bibere coegit. Et ſic ambo ibidē pierūt. ¶ Tādē rex quidam lōgobardoꝝ noīe adalaoth baptizatꝰ eſt et fidē xp̄i ſuſcepit. Sꝫ ⁊ theudelina lōgobardorum regina xp̄ianiſſima ⁊ deuota apḋ modoetiā pulcerrimū oratoriū ꝯſtituit. Ad quā reginā gregoriꝰ libros dialogoꝝ trāſmiſit. Que virū ſuū noīe agiſulphū p̄rio ducē thaurinēſeꝫ ſꝫ poſtmodū lōgobardoꝝ regeꝫ ad fidē ꝯuertit: ⁊ cū romano imꝑio ⁊ eccl'ia eū pacē habere fecit. Sicq; in feſto ſctōꝝ geruaſij ⁊ ꝓthaſij facta ē pax inter romanos ⁊ lōgobardos. Et iō gregoriꝰ in eodē feſto cātari īſtituit ī offō miſſe. Loquet̃ dñs pacē ⁊c. In natiuitate q̄ſ ſ. ioānis baptiſte: p̄dictoꝝ pax ⁊ cōuerſio amplꝰ cōfirmata fuit. Theudelina vero in b. ioānem ſpālem deuotionē habebat. Cuiꝰ meritis gētis ſue cōuerſionē aſcribēs p̄dictū oratoriū apud modoetiā fabricauit: eiuſq; gētꝭ ioānē patronū ⁊ defenſorē eē cuidā viro ſctō reuelatū fuit. Mortuo gregorio ſucceſſit ei ſabinꝰ ⁊ ſabino bonifaciꝰ tertiꝰ: ⁊ bonifacio tertio bonifaciꝰ quartꝰ. Ad cuiꝰ p̄ces focas impator donauit eccl'ie xp̄i pātheon circa annos dñi. dcx. Et ad p̄ces tertij bonifacij priꝰ ſtatuit ſedeꝫ romanā eē caput oīm eccl'iarū. Nā eccl'ia cōſtātinopolis ſe primā oīm eccl'iarū ſcribebat. Huiꝰ bonifacij tp̄e mortuo foca ⁊ regnāte heraclio circa annū dñi dcx. machometh pſeudo ꝓpheta ⁊ etiā magus agarenos ſiue iſmaelitas. i. ſaracenos hᵒ mō decepit ſicut legit̃ in q̄daꝫ hiſtoria ipius et in quadā chronica. ¶ Clericꝰ quidā valde famoſus cū in romana curia honorē quē cupiebat aſſequi nō potuiſſet indignatus ad partes vltramarinas cōfugiēs ſua ſimulatione innūerabiles ad ſe attraxit. Inueniensq; machometh dixit ei ꝙ ipm̄ illi pp̄lo p̄ficere vellet. nutriēſq; columbā: grana ⁊ alia hmōi in auribus machometh ponebat. Colūba aūt ſuꝑ eiꝰ humeros ſtās de auribus eiꝰ cibū ſibi ſumebat. Sicq; iaꝫ adeo aſſuefacta erat ꝙ quācūq; machometh videbat ꝓtinꝰ ſuꝑ humeros eiꝰ ꝓſiliēs roſtrū in eiꝰ aure ponebat. Predictꝰ igr̄ vir pp̄lm̄ cōuocās dixit ſe illū ſibi velle preficere quē ſpūſctūs in ſpecie colūbe mōſtraret. Statimq; columbam ſecrete emiſit ⁊ illa ſuꝑ humeros machometh q̄ cū alijs aſtabat euolās: roſtrū in eiꝰ aure apoſuit. Qḋ pp̄ls videns ſpiritūſctm̄ eē credidit q̄ ſuꝑ eum deſcenderet ac in eiꝰ aure verba dei inferret. Et ſic machometh ſaracenos decepit. Qui ſibi adherētes regnum ꝑſidis ac oriētalis imꝑij fines vſq; ad alexandriam inuaſerunt. Hoc quidem vulgariter d̄r. Sed verius eſt qḋ inferius habet̃. Machometh igit̃ ꝓprias leges cōfingens ipſas a ſpiritu ſancto in ſpecie colūbe q̄ ſepe vidēte pp̄lo ſuꝑ eū volabat ſe recepiſſe mētiebat̃. In quibus quedā de vtroq; teſtamēto inſeruit. Nam cum in primeua etate mercimonia exerceret ⁊ apud egyptuꝫ ⁊ paleſtinā cuꝫ camelis ꝑgeret cum xp̄ianis ⁊ iudeis ſepe conuerſabat̃. a quibus tā nouum ꝙ vetus didicit teſtm̄. Un̄ ſm̄ ritum iudeoꝝ circuncidunt̃ ſaraceni carnes porcinas non comedunt. Cuiꝰ rōnē cuꝫ vellet machometh aſſignare dicit ꝙ ex fimo cameli porcus poſt diluuium fuerit ꝓcreatus et iō tanꝙ immundus a mundo populo ē vitādꝰ. Cum xp̄ianis autem cōueniūt qꝛ credūt vnuꝫ ſoluꝫ deum oīpotentē oīum creatorē. Aſſerunt etiam pſeudo ꝓpheta vera quedā falſis īmiſcens ꝙ moyſes fuit magnꝰ ꝓpheta. ſed xp̄s maior eſt et ſummus ꝓphetaruꝫ natus ex maria virgine virtute dei abſq; ſemine hoīs. Ait q̄ſ in ſuo alchorano ꝙ chriſtus dum adhuc puer eſſet: de limo terre volucres ꝓcreauit. Sed venenum immiſcuit qꝛ xp̄m nō vere paſſuꝫ



